



Collected Orations of Pope Pius II. Vol. 12: Ambassadors' Orations to Pius II. Final Version (2025)

Michael Von Cotta-Schönberg

► To cite this version:

Michael Von Cotta-Schönberg. Collected Orations of Pope Pius II. Vol. 12: Ambassadors' Orations to Pius II. Final Version (2025). Scholars' Press. 2020, 9786138919575. <hal-01654541v3>

HAL Id: hal-01654541

<https://hal.science/hal-01654541v3>

Submitted on 14 Aug 2025

HAL is a multi-disciplinary open access archive for the deposit and dissemination of scientific research documents, whether they are published or not. The documents may come from teaching and research institutions in France or abroad, or from public or private research centers.

L'archive ouverte pluridisciplinaire **HAL**, est destinée au dépôt et à la diffusion de documents scientifiques de niveau recherche, publiés ou non, émanant des établissements d'enseignement et de recherche français ou étrangers, des laboratoires publics ou privés.



HAL Authorization

**Collected Orations of Pope Pius II. Edited and translated
by Michael von Cotta-Schönberg**

Vol. 12: Ambassadors' orations to Pope Pius II (1458-1464)

Final Version (2025)

Abstract

Volume 12 of the *Collected Orations of Pope Pius II* contains ambassadorial (and some other) orations to Pope Pius II.

Keywords

Enea Silvio Piccolomini; Aeneas Silvius Piccolomini; Aenas Sylvius Piccolomini; Pope Pius II; Renaissance orations; Renaissance oratory; Renaissance rhetoric; 1436-1443; Orations to Pope Pius II; Antonino Pierozzi; San'Antonino; Bernardo Giustinian; Jean Jouffroy; Francesco Filelfo; Lodrisio Crivelli; Francesco Sforza, Duke of Milan; Venezia; Firenze; Bornio da Sala; Bologna; Crusades against the Turks; Johann Hinderbach; Ottone del Carretto; Gregor Heimburg; Nikolas Wyle; Isotta Nogarola; Gottardo Stella; Rodrigo Sanchez de Arevalo; Andrea de Santa Croce; Bernardo Giustinian

Editor/translator

Michael v. Cotta-Schönberg

Mag. Art. (University of Copenhagen)

Bachelier en Philosophie (Université de Louvain)

Emeritus Deputy Director / The Royal Library, Copenhagen

Emeritus University Librarian / University of Copenhagen

ORCID identity: 000-0001-8499-4142

e-mail: typsita@gmail.com

ISBN 978-613-8-91957-5

Scholars' Press

Table of volumes in *Collected Orations of Pope Pius II*. 12 vols. Edited and translated by Michael von Cotta-Schönberg.

1. General introduction
2. 1436-1444 (Orations 1-5)
3. 1445-1449 (Orations 6-13)
4. 1450-1453 (Orations 14-20)
5. 1454-1455 (Orations 21-25)
6. 1455-1457 (Orations 26-28)
7. 1458-1459 (Orations 29-42)
8. 1459-1459 (Orations 43-51)
9. 1459-1461 (Orations 52-63)
10. 1462-1464 (Orations 64-77)
11. 1454, 1459 (Orations 78-80). List of manuscripts. Orthographical profiles. Indices
12. Appendix: Ambassadors' orations to Pope Pius II

Table of contents

1. Tommaso Otto da Rieti (Milan)(4 october 1458, Rome), p. 6
2. Lodrisio Crivelli (Milan): "*Scio, pater beatissime*" (6 October 1458, Rome), p. 7 ff
3. Antonino Pierozzi (Florence): "*Incltyi ac magnificentissimi*" (10 October 1458, Rome), p. 12 ff
4. Bernardo Giustinian (Venice): "*Cum devotissimi*" (December 1458, Rome), p. 20 ff
5. Antonio d'Alessandro (Naples): (Autumn 1458, Rome), p. 23
6. Rodrigo Sánchez de Arévalo (Castile): "*Etsi juxta sapientum*" (26 February 1459, Siena), p. 24
7. Jean Jouffroy (Burgundy): "*Quae pulchri decoris*" (15 March 1459, Siena), p. 25
8. Johann Hinderbach (Holy Roman Empire): "*Maximum et amplissimum munus*" (14 April 1459, Siena), p. 26
9. Bornio da Sala (Bologna)(10 May 1459, Bologna), pp. 27 ff
10. Jeronimo da Castello (Ferrara): Oration at Pius II's arrival in Ferrara (17 May 1459, Ferrara), p. 29
11. Guarino Veronese (May 1459, Ferrara), p. 30
12. Ambassadorial addresses at the opening of the Congress of Mantua (1 June 1459, Mantua), p. 31
 1. Johann Hinderbach (Holy Roman Empire): "*Superioribus diebus*", p. 32
 2. Ambassador of Portugal: "*Cum serenissimus*", p. 33
 3. Jean Jouffroy (Burgundy): "*Sicut beatissime pater*", p. 34
 4. Ambassador of Savoy: "*Quoniam verba*", p. 35
 5. Ambassador of Bavaria: "*Quanta devotione*", p. 36
 6. Ottone del Carretto (Milan): "*Cum primum*", p. 37
 7. Ambassador of Siena: "*Nomine devotissimorum*", p. 38
13. Niklas von Wyle (Margrave Karl of Baden): "*Deceret forsitan*" (7 June 1459, Mantua), p. 39-40
14. Isotta Nogarola: "*Miratueros plerosque*" (1 August 1459, Verona), p. 41 ff
15. Ambassadors of Naples (Antonio Beccadelli): "*Cum ad id*" (Summer 1459, Mantua), p. 48 ff
16. Juan Margarit (Aragón): "*Conditor omnium*" (20 July 1459, Mantua), p. 52
17. Jean Jouffroy (Burgundy): "*Antea maxime pontifex*" (14 August 1459, Mantua), p. 53 ff
18. Giacomo della Ratta (Naples): "*Numquam beatissime pater*" (19 August 1459, Mantua), p. 70 ff
19. Francesco Filelfo (Milan): "*Cum essem*" (21 September 1459, Mantua), p. 77
20. Luigi Foscarini (Venice) (24 September 1459, Mantua), p. 78
21. Jean Jouffroy (Burgundy): "*Frequentiam principum*" (26 September 1459, Mantua), pp. 79 ff
22. Albert Hangásci (Hungary): "*Longo belli onere*" (26 September 1459, Mantua), p. 87 ff
23. Gregor Heimburg (Archduke Albrecht of Austria): "*Non est propositi*" (29 October 1459, Mantua), p. 98
24. Gregor Heimburg (Duke Wilhelm of Saxony): "*Ne cui mirum*" (11 November 1459, Mantua), p. 99
25. Rodrigo Sánchez de Arévalo (Castile): "*Etsi juxta nostri*" (1459, Mantua), pp. 100 ff

26. Jacobus de Seno (Poland): "*Ante culminis tui*" (November 1459), pp. 109 ff
27. Guglielmo da Sandiliano (Savoy): "*Sacrosanctae Romanae sedis*" (19 November 1459, Mantua), p. 114
28. Gregor Heimbürg (Archduke Sigismund of Austria): "*In refulgenti*" (21 November 1459, Mantua), p. 115
29. Guillaume Chartier (France): "*Maximum et amplissimum onus*" (21 November 1459, Mantua), p. 116
30. Bishop of Marseille (King Renè d'Anjou) (21 November 1459, Mantua), p. 117
31. Gottardo Stella (Genoa): "*Communem omnium*" (21 November 1459, Mantua), pp. 118 ff
32. Andrea de Santa Croce (Kingdom of Naples): "*Responsurus*" (1 December 1459, Mantua), p. 122
33. Johann von Eich (Holy Roman Empire): "*Missi a divo*" (1 December 1459, Mantua), p. 123
34. Ambassador of France: "*Certis jam lapsis*" (12 December 1459, Mantua), p. 124
35. Hertnidht vom Stein (Brandenburg): "*Nonnullam pontifex*" (December 1459, Mantua), p. 125
36. Jean Jouffroy (Count of Armagnac): "*Non eo inficias*" (May 1460, Macereto), pp. 126 ff
37. Ambassadors of Monemvasia (1460, Siena), p. 129
38. Roman envoys to Pius: Orations to Pius II (6 October 1460, Viterbo), p. 130
39. Rodrigo Sánchez de Arévalo (Castile): "*Non miretur*" (1462, Rome), p. 131 ff
40. Jean Jouffroy (France): Oration on the extinction of the Pragmatic Sanction (15 March 1462, Rome), p. 135
41. Rodrigo Sánchez de Arévalo (Castile): "*Ineffabilis Dei providentia*" (1 May 1462, Rome), pp. 136 ff
42. Hungarian ambassador: Oration on Hungary vs. the Turks (1462, Rome), p. 143
43. Guillaume Fillastre (Burgundy): "*Si ut inquit Cicero*" (19 September 1463, Rome), p. 144
44. Bernardo Giustinian (Venice): "*Bellum quod adversus*" (22 September 1463, Rome), p. 145
45. Bernardo Giustinian (Venice): "*Quamquam beatissime pater*" (1463, Rome), pp. 146 ff
46. Rodrigo Sánchez de Arévalo (Castile): *Leva in circuitu* (Sept 1464, Ancona), pp. 154 ff

Bibliography (p. 163)

1. Oration of Tommaso da Rieti, ambassador of Milan (4 October 1458)

Pope Pius II was elected on 19 August 1458 and crowned on 3 September. Soon afterwards, ambassadors from the Italian powers began to arrive in Rome in order to present, in ornate orations, the declarations of obedience on behalf of their masters. The ambassadors from the rest of Europe would mostly arrive in 1459, while the pope resided in Siena and Mantua.

Apparently, the first ambassador to arrive in Rome to present his prince's obedience, on 4 October 1458, was Tommaso da Rieti, sent by the Duke of Milan.¹ The text of his oration is lost.

Literature

Smith, p. 35; Crivelli, p. 117

¹ Smith, p. 35; Crivelli, p. 117

2. Oration “*Scio, Pater Beatissime*” of Lodrisio Crivelli, ambassador of Milan (6 October 1458, Rome)

A second ambassador from the duke of Milan arrived some days later,¹ Lodrisio Crivelli,² an old acquaintance of the pope.³ He was received in a papal consistory where he gave the oration “*Scio pater beatissime*”. In his oration, Crivelli praised the pope, reiterated his duke’s submission to and filial affection for the pope, and then spoke on the pope’s projected crusade against the Turk, concerning which the pope was planning to assemble the Christian princes in a city in Northern Italy.

Reproduced after Crivelli: *De expeditione*, pp. 117-120

¹ As Crivelli himself stated in his oration below

² [http://www.treccani.it/enciclopedia/bernardo-](http://www.treccani.it/enciclopedia/bernardo-giustinian_(Dizionario-Biografico)/)

[giustinian_\(Dizionario-Biografico\)/](http://www.treccani.it/enciclopedia/bernardo-giustinian_(Dizionario-Biografico)/)

³ Crivelli, p. ix

Oratio habita a Leodrisio Cribello ducali oratore coram sanctissimo domino papa Pio secundo in sacro reverendissimorum dominorum cardinalium coetu, secundo Nonas Octobis 1458

{117} Scio, Pater beatissime et clementissime Domine, spesque et lux unica Christianae religionis, vosque, clarissima mundi lumina, Patres reverendissimi, deprehendisse iam habunde Sanctitatem Tuam Vestrasque Paternitates et medullitus perspexisse ex iis, quae Beatitudini Tuae nuper exposuerunt praeclari maiores mei, priores oratores¹ superillustris et excellentissimi principis nostri domini Francisci Sfortiae Vicecomitis, ducis Mediolani, quam vero quamque inaestimabili gaudio exultaverit ipse princeps ad primum felix faustumque nuntium de creatione Tua in Apostolicum Principem et in tanti sublimationem throni divina humanaque moderantis, cuius maiestatem vires et excellentiam superne datam mortalia ingenia mirari potiusquam satis intelligere possunt. Quis enim, pace omnium dicam, nam nulli injuriam facio, vel celerius Sanctitati tuae congratulatus vel promptius non modo stabilimenta et quietem, verum etiam incrementa status Tui meditatus est, vel sincerius oboedientissimum se praestitit, vel ardentius denique opes suas omnis iniunctamque militiam et se ipsum obtulit in quaecumque mandares negotia bellaque suscipienda, debellandos hostes, si qui essent, restituendas urbes arcesque, si quae iam defecissent vel segnius quam par est Sanctitatis Tuae dicto parerent? Quibus in rebus dixerint licet multa fideliter et vere, qui me praecesserunt oratores, summo ingenio summaque doctrina et eloquentia praediti, hoc unum tamen relictum michi scio, eiusmodi esse indefessam principis mentem in exornanda [e]xtollendaque Sanctitati Tuae et quod ille proprio iam quodam iure sibi vendicavit singulare bene merendi stadium de Sacrosancta Romana Ecclesia et Apostolico Pastore, sed praesertim de Sanctitate Tua, quam antea ex animo colebat, et in hoc fastigium provehi totis sensibus exoptabat, ut vix cuiusquam vel eloquentissimi oratione exprimi possit. Haerent animo insederuntque prorsus memoriae mandata novissima principis ipsius nostri, Tuae vero Sanctitatis oboedientissimi filii, qua hora ab exinde (?) sua dimissus sum. Multa enim in hanc sententiam protulit quae Tuae vel nuntiarem vel certe confirmarem Sanctitati.

Cupit admodum princeps ipse experiatur Beatitudo Tua, si res postulat, verbane an facta illa sint, quae Tuae offert Sanctitati, et pro quibus ab Sanctitate Tua et omni Romana Ecclesia gratiae locum sibi quaerit illustribus etiam filiis suis maximae spei hereditario et numquam perituo jure relinquendum. Intelligit enim gratissimus omnium princeps id officii praestare se debere, primum ut paternae dilectioni, quam erga se Beatitudo Tua per {118} multos annos constantissime gessit, observantia et obsequio suo correspondere iudicetur, dehinc ut Italicam pacem, quam inpensissima cura summisque laboribus et periculis quaesivit, auctoritate Pontificatus Tui diutissime conservari videat. Id autem, nisi rebus secundis per summamque pontificalis throni apud omnes reverentiam, compressisque ac debellatis si qui insolentius res novas (?) ausi fuerint, fieri minime posse nemo est, qui non videat et planissime percipiat. Huc accredit non minus flagrans quam pium ipsius principis desiderium, ut vindicandae de inpurissimis et crudelissimis hostibus Christianae religionis,

¹ Tommaso Otto da Rieti *et al.*

per summam ignominiam maximis cladibus conquassatae, iam tandem aetate nostra Tuis auspiciis pulcherrima spes elucescat. Futurum est enim hoc opus manuum Tuarum divino iudicio integritati Tuae, virtuti Tuae pietatique et cum (*sic*) super ceteros omnes pontifices, quos ipsi viderimus, magnitudini reservatum, qui invictissimum Caesarem totum tuum habes Tuae Sanctitatis gloriae et exaltationi deditissimum et in secundis rerum successibus et victoriarum titulis de maiestate throni Tui mirabiliter exultantem, quem ille vera et minime ficta observantia multos etiam ante hunc statum Tuum annos colit et veneratur. Cuius denique opera et vigilantissimo studio verus locus sit (?) magnitudinis et principatus huius Tui iacta sunt fundamenta. Qui praeterea, ut reliquos omnes serenissimos Christianos reges et principes brevitatis tantummodo gratia pertranseam, nec enim omnes connumerare necesse est, quorum tamen omnium nullum non sibi obsequentissimum habitura est Sanctitas Tua, vides bellicosissimam ducem castrorum, parentem et militia decus, principem Milanensem, ita bella gerere consuetum, ut nunquam non iusta suscipiat, ita manum [co]ntra hoste[m] consere[re], ut ex acie nunquam non victor abscedat: numerari enim possunt ipsius victoriae, condigne narrari vix possunt. Et profecto iam eo perventum est, ut vel Te auctore elucescat Christianae maiestas fidei, glorificenturque, Pio pastore tam oportuno in tempore nobis caelitus dato, tam sanctae, tam necessariae, tam desideratissimae expeditionis munera, cuius memoriam nulla umquam delere possit oblivio, vel, si id nobis averterit divina indignatio, Tecum omnes spes nostrae defecturae sibi videantur. Quin enim umquam, ut recentibus vetera conferamus, in transmarinas expeditiones, pro Christi fide ter[r]a marique obeundas, erecti animis et viribus confirmati sunt Christianissimi imperatores regesque et sine ullo etiam rege populi, nisi summo pontifice convocante, nisi papa benedicente, nisi Christi vicario crucesignante. Sic Urbani pontificis, eius nominis secundi, studio, vigiliis et efficacissima opera, fortissimi ex omni occidua ora sine ullo rege populi pia in Saracenos arma converterunt, prostratisque hostibus et summo cum triumpho Ierosolimis captis, Gotofredum ibi regem imposuerunt. Sic non multo post, Innocentio 2o per beatum Bernardum Clarevallensem abbatem operam dante, Conradus Caesar et Ludovicus Francorum rex, contra eosdem hostes profecti, feliciter dimicarunt. Sic deinde, Clemente 3o cohortante, Federicus Caesar, eius nominis primus, cum regibus et principibus aliis permultis et apparatu maximo in Armoeniam usque penetravit. Sic Innocentii primum, dehinc Alexandri pontificum suasu, Ludovicus ille Francorum rex, qui primus Christianissimi cognomen adeptus est, primo item et 2o in eosdem transiens hostes, opes suas omnes et postremo vitam constantissime profudit. Sic nuper denique innumerabilis Turcorum exercitus apud Dannubium amnem ab exiguis Christifidelibus, crucesignatis et Calisti papae praedecessoris Tui benedictione munitis, divino miraculo ingenti strage fusus, caesus et profligatus est. Quod igitur aliud vel idoneum vel necessarium magis tempus expectas, Ytalia, tanti pontificis parens, tanto fulgore corusca et nunc tanto rabidorum hostium furori obiecta, in qua potentiam et vires ostendas tuas, terra marique exteris nationibus formidolosae? En Pontifex Pius, maximis gerendis rebus nobis e caelo datus, qualem tantae expeditionis moles postulat, quantum, ut firmetur occidentalis orae spes, summum rei discrimen desiderat. Ut si dubium adhuc fuisset, forte casuque rectores terris an aliquot numine darentur, Pium tamen Pontificem nostrum liqueret [119] nobis divinitus constitutum. Ita enim in eo et providendo consilium, et in agendo constantia, et in perficiendo celeritas, et, quod omnia excedit, in cunctis Dei timor elucet, quod quidem gestae per eum antea in rebus arduis praeclarissimisque

pro concordia principum et unione fidei summa cum laude legationes astipulantur, ut hunc esse evangelicum illum solem, qui universo orbi lumen praebet, planissime constet.

Dicerem hoc loco alia multa, quae Tua propria sunt, Pie Pontifex, et quae de alio dici nequeant, nisi modestiam Tuam nossem. Magis enim mihi quid aures Tuae ferre possint, quam quid virtutibus Tuis, quid maiestati Tuae ... atur considerandum est. Tum vero [ne]cessaria natio nullis iam adhortationibus excitanda es[t], sed rerum per Te bene gestarum laudibus admonenda. O Germania germen nobilitatis, o dignissimam Caesare principe et imperatoria maiestate nationem, o tremundos toto orbe fulmineos enses, o victricem de perfidia et crudelissima hostibus terram, nunc cum tibi revocandi sint, nunc arma illa repetenda Pii Pontificis auspiciis, quem per tot annos in gremio tuo nutritum summis laudibus decorasti, summis honoribus extulisti, per que[m] totiens vincendo de inmanissimis et crudelissimis hostibus speciosissimos triumphos rettulisti! Et tu, Gallia, belli et pacis artibus celebratissima, quae pios profers et christianissimos reges, si Martelli, si Pipini, si Caroli, si Ludovici, si ceterorum denique gloriosissimorum regum principumque ex te genitorum memoria delectaris, si rebus ab eis fortiter et feliciter pro Christi fide gestis gloriaris, nunc avorum (?) tuorum antiqua monumenta in medium profer, nunc solitam erga summos pontifices reverentiam tuam devotionemque tuam, totis celebratam historiis, bene de te merenti Pio Pontifici pro publica christianae fidei causa inpende. Et tu denique, Hispania, quae Oceano clauderis et occiduum solem spectas, magno semper fortitudinis praeconio gloriosa, nunc fortissimos reges tuos, Petros, Alfonsos, Iacobos et Ferdinandos, et quoscumque alios Christianae propugnatores fidei ad gloriam et inmortale decus principes genuisti, ante oculos propone, ante animos habe. Nunc illa tua tibi Pii Pontificis expectata et totis votis exoptata lux afulsat, tuis conveniens animis, tuae virtuti consona, tuae militia confederata. Non ille Pontificis adversarius, sed Christi hostis, sed divini iudicii reus iudicandus est, qui a Sanctitate Tua se substraxit: quis autem se substrahat publicae causae, desertor et conceptae in animis Cristianorum omnium iustissimae certissimaeque spei inpugnator? Quam ob rem, ut sunt in Te unum, nec deinceps alium quemquam, coniecti omnium oculi, qui Deo duce, cuius typum in terra geris, et acceptas clades vindices et Romanam Ecclesiam veramque religionem nutu tuo voluntatem omnem suam pendere tibi persuade.

Iam vero ad finem properanti michi liceat his, quae sunt dictum maxima, non nihil eorum etiam, quae sunt parva, subnectere. Quas igitur Serenissimo Principi nostro condignas unquam referam gratias, qui me ad Sanctitatem Tuam destinaverit? Eius enim dum mandata exequor, hac felicitate donatus sim, ut, quod votis omnibus optavi semper, nunc tandem Te, Pium Pontificem, in Apostolica Sede collocatum his oculis conspiciam. Nunc praesenti mihi Tuae Sanctitatis aspectu perfrui licet, nunc sanctissimos pedes Tuos exosculari datur, nunc maiestatem venerari et Tuis denique beatissimis manibus benedici. Vendicent sibi quantamvis de Tua Sanctitate partem divinarum studia scripturarum, quarum peritia aetatis nostrae homines cunctos antecellis, tum deinde maximarum usus et pertractatio rerum, vitaeque per omnem aetatem, candor et iustitiae atque honestatis assiduus cultus in quorum comparatione nullum tibi parem reliquisti quandiu tamen legentur casta et miranda poemata Tua, semper enim prophana reiecisti, et quos conscripsisti de pulcherrimis et gravissimis rebus accuratissime libri non auferent a Te, exemplo sancti David in sancto carmine cithara personantis, doctissimi nomine vatis, neque te eximent ex sacrorum collegio poetarum. Ante

enim has {120} pontificales infulas laurea coronatum Te Musae et semper virentes hederæ longe lateque celebrarunt, et suavissimos eloquentiæ tuæ fluvios quaquaversum dif[f]uderunt cum immortalī Picolominae gentis gloria, in Tui nominis gratiam, magno nuper Senensium Tuorum studio, pristinae dignitati et patriis magistratibus restitutæ. Non igitur Tuæ nunc Sanctitatis supremum fastigium venerantem æquis aspicias oculis, quem antea egregiæ per omnem aetatem virtutis et integritatis Tuæ praeconem habuisti? Non ego Te nunc senem colam, quem iuvenem sum demiratus? Non nunc, universi orbis moderatorem contemplans, gaudebo, cuius antea benivolentia parta exultavi? Sed ut tandem orationem claudam temporis hora urgente admoneor, et invitus ab hoc congratulandi ardore divellor; hoc unum igitur supremis verbis a[f]firmare non dubitabo, cuius locupletissimos testes habiturus sum, universorum Christifidelium spes omnes salutis et victoriae adversus inmanissimos hostes, quæ antehac languidae et exangues, nihil durius dicam, neque quenquam criminabor, sopitæ certe factæ errant, audito nominis et pontificatus Tui felicissimo nuntio, revirescere iam et in dies magis ac magis fervere coepisse.

3. Oration “*Inclyti ac magnificentissimi*” of Antonino Pierozzi, ambassador of Florence (10 October 1458, Rome)

Also Florence sent an embassy to present its obedience to Pope Pius. The embassy was led by the Archbishop of Florence, Antonino Pierozzi,^{1 2} whom Pius much liked and admired, and who was later canonised. The archbishop also held the oration of obedience to the pope. In the oration, the archbishop praised the pope and congratulated him on his elevation to the papacy. He also discoursed on the nature of the papacy, referring, among others, to the papalist doctrine of the two swords. And finally, he praised the pope’s project of a crusade against the Turks. The archbishop had held a similar oration to Pius’ predecessor, Calixtus III, in the summer of 1455.³ Later that same day, 10 October, the archbishop also represented Florence at a conference on the venue for the projected congress on the crusade.⁴

Antonino himself wrote on the event: *Miserunt autem in dies principes et communitates Italiae oratores suos ad visitandum pontificem de novo creatum, et gratulandum de sua assumptione, ac exhibendam ei debitam reverentiam et obedientiam vt Christi vicario et Petri successori. Inter quos communitas Florentina destinavit in principio Octobris dicti anni oratores ad idem, Dominum Archiepiscopum civitatis cum quinque aliis spectabilibus civibus, quibus applicantibus ad urbem die decimo dicti mensis data fuit publica audientia in consistorio in praesentia summi pontificis, et cardinalium, et aliorum praelatorum et curialium. Unus ergo eorum ita peroravit.*⁵

Text reproduced after: Divi Antonini Archiepiscopi Florentini ... Chronicorum tertia pars ... ab anno ... 1313 vsque ad annum 1459 ... Lyon: Ex officina Iuntarum et Pauli Gviti, 1686, col. 593-598

¹ [http://www.treccani.it/enciclopedia/santo-antonino-pierozzi_\(Dizionario-Biografico\)](http://www.treccani.it/enciclopedia/santo-antonino-pierozzi_(Dizionario-Biografico))

² D’Addario: *Il governo, tuttavia, non manifestò risentimento contro A.; lo incaricò, anzi, di presiedere (28 ag.1458) la delegazione inviata a Roma per fare omaggio al nuovo papa Pio II (19 agosto); il 10 ottobre*

l’arcivescovo parlò lungamente - quantunque fosse già sofferente - al pontefice dei suoi doveri di capo della cristianità in ordine alla crociata e alla riforma della Chiesa

³ D’Addario: *La Repubblica lo rispettò sempre, favorita in questo atteggiamento anche dalla particolare propensione dei Medici - e di Cosimo in particolare*

- verso di lui; lo elesse (19 apr. 1455) infatti, a capo della ambasceria gratulatoria inviata (16 maggio-14 giugno 1455) al nuovo papa Callisto III, che costituì un successo personale del presule

⁴ Crivelli: *De expeditione*, p. 89, no. 6

⁵ Pierozzi: *Chronicon*, p. 593

Florentinorum legatorum ad pontificem oratio, quam ipse dominus Antoninus habuit sicut et superiorem

{593, col. B} Beatissime pater et sanctissime domine, inclyti ac magnificentissimi populi Florentini nomine apostolicae sedi tibi tum devotissimi, tum deditissimi magnificas altissimo gratias agimus, tibi plurimum congratulamur de hac tua exaltatione ad pontificatus apicem summum. Quinimo laetentur caeli, et exultet terra, commoveatur mare, et plenitudo eius orbis terrarum, et qui habitant in eo. Laetentur siquidem caeli, idest divinis dediti cleri, qui sapientia, claritate, et sydereo ornatu virtutum enarrant gloriam Dei. Exultet terra, laici scilicet, qui terrenis occupati, tamen ex influxu caelorum in omni opera bono fructificant Deo. Commoveatur in gaudium mare peccatorum vitiis amarum, quia potestate clauium vocatur ad veniam. Iucundetur orbis terrarum, serenissimus imperator, dominus orbis, et, qui habitant in {594, col. A} eo, quirites, et praecipue ab eis derivati Florentini atque Senenses.

Una quippe cunctis laetitiae communis est ratio, quod [Deus] nauiculae Petri sacrosanctae ecclesiae protectorem¹ dederit, qui vita et moribus, sapientia et² virtutibus ipsam gubernare et ad portum salutis perducere optime valeat. Florentiae etenim media nocte cum primo clamor factus est dicentium “Habemus pontificem summum Aeneam Pium”, omnes qui audierunt, admirati sunt, plurimumque laetati, qui[a] virum talem non solum patriae vicinum liminibus nostris limitibusque coniunctum multisque e civibus nostris caritate copiosa benevolentiaque conjunctum, sed divinis charismatibus locupletem, dominico praefecerit gregi dicens in corde suo “Quis putas pastor iste erit? Etenim manus Domini erit cum illo”. Huius autem magni gaudii exteriora signa ostendere ex causa optima ad tui coronationem distulimus, quae tunc fuere non modica. Nam praecedentibus luminaribus, processionibus, hymnis, et canticis per urbem cum clero et populo adiuncta sunt magistratu praesente missarum solemnia, suppliciter dominum exorando, ut tibi copiosum gratiae munus ad ipsam optime gubernandam ecclesiam impertiri dignaretur.

Equidem diuina providentia, qui perpetua mundum ratione gubernat, gubernationis diuinissimum opus sua bonitate immensa humano generi communicare dignata est, cuius gubernationis proprium extat officium, id, quod gubernetur, ad debitum perducere finem. Sicut et navis recte gubernari dicitur (unde istud assumptum est nomen), cum per nautae industriam recto itinere ad portum illaesa perducitur. Finis quippe debitus et ultimus creaturae rationalis est summa et perfecta faelicitas, quae in Dei visione et fruitione consistens a Christi fidelibus expectatur post huius transitum miserabilis vitae. Ad hanc vero fruitionem assequendam virtus humana non sufficit, sed divina requiritur [gratia] iuxta id Apostoli ad Romanos: *Gratia Dei vita aeterna*. Idcirco gubernatio ecclesiae, quae per gratiam est, non est humani operis et regiminis principaliter, sed diuini, illius videlicet, qui non solum est homo verus, sed et in caelis altissimus dominus, Deus videlicet noster Iesus Christus, qui mortales homines Dei filios per adoptionem efficiens, eos in caelestem gloriam transfert. *Hic sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech et rex sapiens* a propheta

¹ em.; proteram

² em.; ex

describitur, a quo et regale sacerdotium deriuatur. Vt autem spiritualia a terrenis segregata essent, gubernationem ecclesiae non regibus, sed sacerdotibus commisit atque iniunxit. Cum vero ipse corpus assumptum ablaturus esset ab hominibus et illaturus syderibus, prius vices suas homini delegauit, Petro videlicet, quem et primum sui ovillis pastorem et sacerdotum omnium instituit principem. Licet enim post resurrectionem suam discipulis suis parem potestatem tribuerit dicens: *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittitur eis*, tamen ut vnitatem ostenderet, vnitatis eiusdem originem ab vno proficiscentem propria {595, col. A} autoritate disposuit, soli Petro inquiring *Pasce oues meas*, collatis sibi clauibus regni. Erant utique apostoli caeteri, quod erat et Petrus, pari consortio praedicationis, honoris, et potestatis, sed exordium ab vnitatem proficiscitur, ut ecclesia Christi vna esse monstraretur, et ut omnis iurisdictionis ecclesiasticae influxus, sensus, et motus a Cepha et quolibet successore in caeteros derivari noscatur.

Si quis autem quacunque ex causa a Petri societate discedit, nec peccatorum veniam consequi valeat, nec ingredi ianuam regni caelestis. Priscis quidem temporibus quatuor praecesserant monarchiae orbem temporaliter gubernantes, qui primam tenenti Nabuchodonosori in visu ostensae fuere in statua habente caput aureum, pectus argenteum, femur aereum, in tibiis et pedibus ferrum terra commixtum, designante iuxta Danielis interpretationem quatuor regna praecipua sibi inuicem succedentia, Assyriorum, Persarum seu Medorum, Graecorum necnon et Romanorum. Et certe nullum horum nec animam vnam ad portum valuit perducere salutis aeternae, sed post haec, inquit Daniel ipse propheta, *suscitabit Deus caeli regnum aliud, quod in aeternum non dissipabitur, nec regnum ipsum alteri tradetur, et comminuet omnia regna haec, et ipsum manebit in aeternum*.

Haec utique monarchia est Christi et ecclesiae non in quatuor inclusa, sed quinta singulariter expressa et ab aliis distincta, potior et excellentior cunctis universalitate dominii, dignitate, ac temporis diuturnitate. Vniversalitate quidem domini, quia non in oriente tantum, vel in occidente praecipue ut priores regnauere, sed vbique, quia *a solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini* monarchiae nostri. Nec enim toto in orbe terrarum angulus fuit, in quo non agnosceretur Christus Iesus, in omnem terram exeunte apostolica tuba. Vnde et in canone dis. 83 legimus. Et Galliae et Britanniae, Aphrica, Persis, Oriens, et India, vnum Christum adorant, licet postea ex his plurimi a veritate fidei auditum auerterint. Quid vero dignius aut salubrius hoc regimine esse potest, in quo et salus animae quaeritur, et spiritualia et caelestia ministrantur. Ideo in illis prioribus monarchiis sacerdotes regibus subiiciebantur, quia in eis a gentilibus temporalia a diis expectabantur, et Hebraeis a domino terrena promittebantur. Sed in ista, quia caelestia offeruntur et diuina per sacerdotes, merito reges et principes sacerdotibus subiiciuntur.

Hoc attestatur Gregorio Nazianzeno, inter Graecos theologos doctor praecipuus, qui imperatoribus scribens sic ait. Suscipistisne libertatem verbi an illibenter accipitis quod lex Christi sacerdotibus vos subdidit atque tribunalibus istis subiecit: dedit enim nobis potestatem, dedit et principatum multo meliorem principatibus vestris.

In iure quoque habetur sacerdotes Christi indubie regum et principum cunctorumque fidelium patres, magistrosque censi, quis dubitet.

Adeo autem diuturnum est regimen istud ecclesiae, {595, col. A} ut usque ad mundi consummationem perseueret perpetuo subsequenter coniunctum et initium habuerit Christi nativitate, in cuius signum de virgine natus glorificatur ab angelis, adoratur a regibus magis, tremendus tyrannis efficitur, et ipse tunc monarcha Octavianus populo Romano, ne eum dominum nuncuparet prohibuit, instinctu quodam diuino permotus, cuius tamen rei mysterium non intellexit, sicut nec Cayphas, cum de domino prophetavit.

Verum hic noster monarcha Iesus Christus, etsi rex regum et dominus dominantium revera existeret, etiam in hoc seculo nequam, humilem tamen et abiectam vitam et conuersionem elegit et tenuit, vt excellentiorem viam sanctitatis cunctis ostenderet et compendiosam magis et aptam ad regna caelestia, Augusto interea Octaviano et successoribus eius orbem vtcunque gubernare permittens. At vbi venit plenitudo temporis, quo Christus fundavit monarchiam suam atque perfecit, pretioso eius sanguine purpuratam, necnon et principis apostolorum cum apostolicis cunctis per trecentos et decem annos vel circa martyrio coronatam, innumerabilis quoque turbae cuiuscunque aetatis, sexus, conditionis, et status tuncionibus et pressuris elatam et decoratam, signis et prodigiis innumeris roboratam, exinde tunc vsque occultatam, ad ipsam toti orbi propalandam, Constantini religiosissimi imperatoris maiestatem gloriosius Deus sollicitavit, in dominio cedentis Sylvestro vt Christi vicario, prout debebatur, ex iure divino. In hac autem cessione spirituale ecclesiae dominium adiunctum est temporali, spirituali nihilominus in suo vigore manente, quia ipsum primo et per se a cunctis est exquirendum, temporale vero secundario et vt organicae faelicitati deseruiens. Sicque beato aeternae vitae clavigero terreni simul et caelestis imperii dominus iura commisit, vt dicitur in canonibus di. xxii omnes.

Et ex duobus ecclesiae collatis gladiis, alterum scilicet materiale in vaginam suam conuertere a domino iussus est Petrus, illius vsum dimittens domino temporali ad vindictam malefactorum, vnde non sine causa gladium portat. Alium sibi retinuit, scilicet spirituale paratum ad vliscendum omnem inobedientiam hominum, vt faelici mucrone episcoporum, sacerdotum, et aliorum pericula resecentur. Quis igitur hominum linguis loquens et etiam angelorum explicare queat, aut quis exarare stylus longitudinem, latitudinem, et sublimitatem apostolicae sedis et ecclesiarum dominii et iurisdictionis? Quippe cum gloria et honore coronato, in apostolico sedenti throno, omnia subiecit Deus sub pedibus eius, vt suo vicario, *oues et boues vniversas, insuper et pecora campi*. Oves videlicet fidelium ad dexteram Christi collocandas; boues elatos Hebraeorum, iugo literae legis adstrictos et inde victimandos; pecora quoque campi, ethnicos et inimicos per latam et spaciosam viam errorum et vitiorum proculdubio currentes ad gehennam. Insuper et *volucres caeli*, viros beatos, vt adorentur a cunctis sanctorum catalogo {595, col. B} adscribendi. Demum *pisces maris*, animas defunctorum, qui perambulant semitas eius in amaritudinibus commorantes, ex aquis paenalibus per indulgentias ab inferis educendo.

Ad hanc igitur tam praeclaram, tam gloriosam, tam excelsam apostolicam sedem assequendam quis idoneus certe, non nisi qui omnibus sanctior, qui doctior, qui Dei virtute eminentior reperitur, cui nihil sapientiae, nihil scientiae, nihil desit industriae, eique adsit omnis multitudo sensuum, omnis congregatio sanctarum cogitationum et affectionum, cuius vigilia omnium custodiat domos ecclesiarum, cuius labor sit omnium otium, cuius occupatio sit omnium vacatio, qui se sibi eripiat, vt orbi totus intendat.

Sitque vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso virtutum, et non solum fide, spe, et caritate praecipuus, sed semper vt sapiens in se habeat amictum prudentiae, magnus consilio, rectus iudicio, aequitate discretus. Summum bonum in rebus humanis, quod est iustitia, diligenter excolat, verbo vel facto neminem laedens, officia et beneficia sine personarum acceptione concedens, et singulis proportionata distribuens. Religionem Deo acceptissimam semper foveat, pietatem divini cultus vbique extendat, obedientiam sacris canonibus in se implens ab aliis exigat. Tunc enim princeps iura sua a subditis observandam existimet, quando ipse primus reverentiam praebet. Liberalitate quoque non vacuus, manus suas copiose extendat ad pauperes, vt etymologiam nominis papae adimpleat, qua non solum pater partum, sed et pater pauperum dicitur. Veritati quoque semper innixus ostendatur, omnibus affabilis et amicus. Fortitudo et decor sit indumentum eius, vsque ad mortem agonizans pro ecclesiae iustitia. Sit magnanimus in honoribus, non hominum gloriam quaerens, sed ardua quaeque pro Deo viriliter aggrediens. Sit magnificus in sanctitate sumptuum, pro ecclesiis reparandis aut exornandis, pro studiis et doctrinis ampliandis, nec parcus in hostibus fidei debellandis. In aduersis quibusque patientissimus, et in omnibus bonis ad calcem vsque continuus. Super omnia humilitate, qua in episcopali ceruice nihil splendidius refulgeat, vt se seruorum Dei assidue recognoscat. Pudicitiam demum, sobrietatem, continentiam, et modestiam deserat nunquam.

Ad hanc cathedram Petri tantis margaritis ornatam te, beatissime pater, ascendere iussit diuina clementia. Et ideo laetentur caeli, et exultet terra cum gaudio summo. Nec istud sine praecedentibus meritorum tuorum praerogatiuis per diuinam gratiam actum est, sed pro laboribus plurimis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, quibus celsioris gradus praemium debetur. Equidem nobilissimis ortum natalibus inclyta Senarum ciuitas in Hetruria te in hanc lucem produxit, quae urbs plurimis extat Dei ditata muneribus, viris beatis refulgens, quorum aliqui iam sanctorum catalogo sunt adscripti. Haec studiorum mater, peritissimis viris et in diuersis facultatibus doctoribus egregiis, praedicatoribus quoque eloquentissimis {596, col. A} abundauit. Haec magnopere hospitalitati intenta fertilitate agri et aere sereno amaena est, aquis salutiferis caeteris plus dotata. Non illi defuere Pontifices egregii, non cardines terrae reuerendissimi, non antistites summi.

Inter quos Alexander tertius vt iubar eminuit et in cathedra Petri viginti duobus annis dempta dierum quindena gloriose recedit, duo concilia vniversalia celebrans, decretales rescriptis et sacris constitutionibus faecundans, et Fridericum primum imperatorem vt aspidem et basiliscum prosecutorem ecclesiae proprio pede conculcans. In ea igitur ciuitate magnifica enutritus, studiis die nocteque audissime intentus ad iuris peritiam non mediocriter profecisti, literis quoque saecularibus et eloquentia insignis effectus, lauream in concilio meruisti, quod in vita raro

conceditur. Exinde virtutibus tuis clarus effectus in tuae ciuitatis antistitem es assumptus. Prudentia tua quoque et rerum experientia copiosus plurima inter conciliarios serenissimi principis Friderici tertii fuisti connumeratus, a quo ad faelicis recordationis Nicolaum quintum, cum esset destinatus orator pro corona imperiali postulanda, exaudita est oratio tua ea ipsi collata.¹ Post quae reuerendissimis dominis cardinalibus vt inter patres orbis es conscriptus. Demum Petri vacante sede deliberatione matura, prouisione non sera, vocatione diuina, et electione canonica, ad summum pontificii apicem assumptus existis.

Licet autem me tui terreat magnitudo et tantae fulgor dignitatis loquendi pene subtrahat vires, inuitat tamen humanitas et pietas tua immensa, a qua tibi nomen nouum extat impositum, vt Pius secundus dicaris a cunctis quasi in ea indutus. Quid autem hominibus gratius aut acceptabilius Deo pietate esse potest, cum ipsa sit Dei cultus siue misericordia? Quippe cum omnia summa Christianae religionis secundum Ambrosium in misericordia et pietate consistat. Facessat igitur inuidia Romani culminis, recedat ambitio a successore piscatoris, discipuli Christi, cum fiducia loquor. A sacerdote primo victima salutem, a pastore summo ouis praesidium flagitat magnifica, scilicet et praecelsa communitas ille Florentina, ouis quidem mansuetudine et obedientia, quam tibi promptissime et deuotissime offert vt Christi vicario. Leo tamen, fortissimus bestiarum, eum expedit ad nullius pauens aspectum, rugiens et ossa eorum comminuens, qui aliquando ecclesiam Christi sunt persecuti, vt patuit in Friderico secundo et fiio eius Manfredo, Henrico sexto, et Bavaro Ludovico. Beatitudinem igitur tuam ipsa ciuitas praecelsa et inclyta Florentina. Romanae Ecclesiae filia, tibi que deditissima, per nos oratores suos, sanctitatis tuae famulos, veneratur, de tui magnifica exaltatione gratulatur quamplurimum, et sanctitatem tuam hyperdulia adorat, reverenter tibi genua flectit, affectuosissime tuos pedes osculatur beatos, te vicarium Christi, successorem Petri publica vota fatetur, et vniversalis Eccelsiae unicum, verum, et indubitatum pastorem protestatur {596, col. B} omnino.

Cum autem te Romae tuae antiquae patriae diuina clementia praesulem fore decreuerit, parentem filius olim recognosce, et quae te magnis honoribus extulit, illa a te ingentibus officiis foueatur, vt eam, quae olim orbis terrarium caput extiterit, Christianorum principem et ducem te magistro omnes deprehendant, et cui praesides potentia, forma sanctimoniae et exemplo praecedas. *Bonus* quidem *pastor* es, cuius est *ponere animum pro ouibus suis*. Tibi nempe, quem nomine praefers, pii vita, mores, martyriumque proponitur, sanctorum innumerabilium praecedentium ostenditur virtus pontificum, qui omnia pati et pro Christo mori non dubitarunt. Te illis fide non dissimilem fore asserunt omnes et arbitrantur. Quapropter cum ecclesiae fundamenta illi iecerint et parietibus erectis tecta imposuerint, tu exstructam conseruabis et augebis, lapsam eriges languentemque fouebis et (vt ita dixerim) pene mortuam suscitabis.

En a tergo fidei hostis circunstrepunt, perfidi Turci, damna innumera irrogantes, ferro, igne, direptionibusque cuncta inuoluunt. Fideles captiuos abductos seu pecora immanissimis barbarorum nationibus vendunt, quotidie ecclesiae membra passim rapta miserabiliter mutilantur, quotidie

¹ Oration "Fateor" [51]

Italiae finibus appropinquant, tristia inferunt, tristiora minantur, quotidie urbes captae, direptae prouinciae, populi innumeri captiui ducti nunciantur.

Et licet Christiani haec nouerint, parum expergisci, parum evigilare videntur. Et seu quia non credunt Turcos vicinora loca inuasuros vel qui aliis occupati detinentur, imminetia ecclesiae mala discriminaque considerare contemnunt. Sed hac tempestate bonus Deus bonum te pastorem concedere dignatus est nobis, cui tanta vis animi est, vt operante Deo vnum solum his obuiare sufficere posse speremus. Vix, pater beatissime, credibile est, quantum tui pontificatus primordia spei populis inuexere, quam grandia vnusquisque de te mente conceperit. Te sanctum autumant omnes, tum vita et moribus, tum vaticiniis et prognosticationibus quibusdam coniiciunt te Turcos oppressurum et ecclesiam in melius prouecturum plurimi opinantur. Haec de te omnes sperant atque exoptant. Et ideo laetentur caeli et exultet terra, orbis terrarum, et vniuersi, qui habitant in eo etc. Ad hoc feruentissimis orationibus fidelium et intentissimis votis adiuvaris.

Exurge igitur pater beatissime et gladio authoritatis tuae virtutis et zeli praecinctus, illum exime contra tam diros fidei hostes. Nec enim formidandum est, quia scelestissimus ille rex Turcorum innumerabiles exercitus dicatur habere, nam plures esse nobiscum caelestis militiae duces vidit Giezi, discipulus Elisaei. Quibus tanta inest fortitudo, vt vnus ex eis nocte vna CLXXXV milia exercitus Sennacherib, hostis populi Dei, prostraverit. Solus Moyses quoque famulus Dei magis orationibus quam armis inimicorum imperium vimque {597, col. A} effregit. Sed et Theodosius senior Christianissimus imperator primo Maximum, postea Eugenium tyrannos potentissimos cum suis profligauit atque peremit: et plurimas victorias non tam armigerorum suffragio quam orationum gloriose obtinuit. Sed et cur antiqua colimus, cum nouissima teneamus: nonne Vayuoda Vngarorum, dux inclytus, cum crucesignatis diebuis istis ingentes strages intulit Turcis ipsis.

Exurge igitur, sanctissime domine, apprehende arma et scutum contra crucis Christi pessimos inimicos, et confortetur cor tuum nil hæsitans, quia qui caepit opus, Deus ipse perficiet et ad finem optimum cuncta perducet. Verum, pater beatissime, quia vicarius Christi diceris et existis, qui est pax nostra, faciens vtraque vnum, qui pacem humano generi attulit, pacem in mundo praedicauit, et inter se inuicem homines habere iussit et pacem discipulis delegauit: hae tibi sint artes inter Christicolos pacis imponere mores, vt iuxta apostoli sententiam, si fieri potest, quod ex nobis est, cum omnibus hominibus pacem habeamus, cum ipsam omnia appetent et exoptent. Caeterum quia sermonis modus plura dicere minime sinit, iam oratione alio diuertendum est, ut quam citissime veniatur ad finem, non solum ad ea, quae foris sunt, pater beatissime, sed ad ea, quae domi perstrenuus existimaris, ad quod efficiendum plurimum sapientum consilia adiuuabunt, etsi ipse in te sapientia copiosus existas. Vbi enim multa consilia, inquit Salomon, ibi salus, et collectio sapientum sanitas orbis, quod et ipse diligentissime obseruauit. Nam etsi sapientissimus et diuina sapientia praeclarissimus esset, sapientes tamen conciliarios ipsum habere non pudit, quorum consilia quia Roboam filius eius contempsit, maiorem sui regni partem amisit. Sed et ethnicus ille imperator Alexander, cognomento Seuerus, quem optime orbem gubernasse referunt etsi iuuenis, sapientes toto orbe quaesitos secum habere curauit, quorum nutu atque consilio miro ordine leges nouas condebat, iura dabat, bella gerebat, munera distribuebat, omnes se alloqui postulantes et

audiebat et respondebat. Inde non pauper, non ignobilis exclusus, omnis diligenter auditus, nullus contemptus.

Principum quoque sapientum cura fuit semper praecipua in requirendis et secum habere habendis ministris idoneis, qui, quod per se agere non valet vel quia non decet, per ipsos ministros tum fideles, tum strenuos diligenter exequatur, quorum opera strenua et recta tuae sanctitatis iussu florebit ecclesia. Te prouidente simoniae et haereseos virus ab vrbe et orbe procul abibit. Te gubernante omnem pompam, omnem ambitionem, omnem fastum plurimi proscriptum iri suspicantur. Non lana ouium et lac tantum, sed vita et salus requiretur. Pastores non mercenarii ad ecclesias admittentur. Canes muti non valentes latrare contra insidias daemonum et insolentias hominum, sed detractationibus et susurrationibus mordentes atrociter in caueis recludentur. {597, col. B}

Nihil enim prodest, inquit Pius papa primus et martyr gloriosus in decretis suis, orare et alia religionis opera facere, nisi mens ab iniquitate et lingua ab obtrectationibus coerceatur. Pigebit ecclesiam te dirigente iniquitas, exultabit iustitia, luxus fugabitur, deliciae exulare cogentur, sanctiomoniaeque, sine qua nemo Deum videbit, fulgebit in clero. Appellationes friuolae, lites constituentes immortales non facile admittentur. Ad ordines et ecclesiarum regimina non pueri, non ignari, non dyscoli, sed aetate et moribus graues, et literis studiosi assumuntur. Salutaris doctrina et sacrarum literarum studia accendentur.

Nec, pater beatissime, ista dixerim, vt Mineruam instruam omnia iura in scrinio pectoris sui habentem, sed vt filius affectuosissimus patri optimo, ut seruus domino suo, innumeris et grauissimis rebus occupato recolam et exprimam, quae bona et his potiora populus Christianus a te exquiri exoptat atque {598, col. A} expectat. Et idem laetentur caeli et exultet terra gratulatione pernimia. Sed haec iam omittenda sunt, ne sermonis prolixitate sanctitatem tuam fastidio lassitudineque offendam. Ad rem igitur ab inclyto Florentinorum populo mihi iniunctam redeo, qui vt optimi filii tibi patri ac domino ingenti deuotione studioque se assignant commendantes et beatitudinem tuam omni obsequio omnique affectu complectentes eorum omnium nomine sanctitatis tuae pedes beatos osculati sumus. Eorum erga sanctitatem tuam desideria sunt tam ardentia, tam prompta, tam grandia, vt non solum a te recipi, sed diligi, amari, fouerique summa ope totisque uiribus mereantur. Eodem rursum pacto eademque ratione me minimum famulum tuum clerumque meum tuo obsequio deditissimum plurimum recomendo eademque opera beatitudini tuae: eorum plane nomine offero dominium inclytum Florentinum et omnis eius magistratus. Denique te patrem, te pastorem recognoscens, vt filiorum tuorum operam pollicetur, si opus fuerit, et exequetur, si unquam forsitan oportebit. Mihi quoque, pater beatissime, supplico, parcas, si prolixus fui vel si non recte, non apte, non idonee pronunciauerim iniuncta. Sed quicquid a me omisum est, sociorum meorum spectabilium civium sapientia prudentius et copiosius supplere valebit. De quibusdam aliis nobis iniunctis ab ipsa magnifica republica sanctitati tuae explicandis, cum opportunitas dabitur et tibi placuerit, sermo erit.

4. Oration “Cum devotissimi” of Bernardo Giustinian, ambassador of Venice (December 1458, Rome)

When King Ferrante I of Naples¹ succeeded to the throne, Venice had - characteristically – been slow to send an embassy to congratulate him, preferring to wait and see what would actually happen and not be caught on the wrong diplomatic foot. Only when Pope Pius had recognized Ferrante as king, in November 1458, the republic decided to send an embassy to the new king, consisting of two ambassadors, one of them the experienced diplomat, Bernardo Giustinian,² who would make the orations on behalf of the Venice.³ As instructed by their government, the two ambassadors chose a route to Naples which would take them via Rome, where they were to inform the pope of the intentions of the republic. They were received in a papal consistory where Giustinian gave an oration in which he praised the pope, explained the purpose of the Venetian embassy to King Ferrante, and assured the pope of the republic’s support in his endeavours, including the projected crusade against the Turks

The text of the oration is reproduced after Bernardus Iustinianus: *Orationes et epistolae*. [Venezia, 1492?], as digitized by Bayerische Staatsbibliothek.

¹
http://www.treccani.it/enciclopedia/ferdinando-i-d-aragona-re-di-napoli_%28Dizionario-Biografico%29/

²
[http://www.treccani.it/enciclopedia/bernardo-giustinian_\(Dizionario-Biografico\)](http://www.treccani.it/enciclopedia/bernardo-giustinian_(Dizionario-Biografico))

³ Pistilli: *La seconda importante missione politico-diplomatica del G. maturò nel 1458: il 21 luglio i senatori Matteo Vitturi e Vitale Lando, unitamente al G., proposero di inviare al nuovo re di Napoli Ferdinando I, figlio illegittimo di Alfonso d'Aragona, non solo una lettera di*

congratulazioni, per cui si era già deciso in Senato l'8 luglio, ma anche due ambasciatori. La proposta fu considerata per il momento imprudente, visto che il papa Callisto III non aveva riconosciuto il nuovo re, e il voto per l'ambasciata fu sospeso, e quando fu riproposto il 12 agosto, nuovamente rinviato. Con l'avvento al soglio pontificio di Pio II, tuttavia, vi fu (con bolla papale del 17 ottobre) il riconoscimento ufficiale del re. Allora Venezia decise l'invio di due suoi legati, il G. e Leone Viaro, che erano i rappresentanti delle opposte fazioni nel dibattito

precedentemente svoltosi sull'opportunità dell'ambasceria a Napoli. Con istruzioni votate dal Senato il 16 novembre, i due partirono in quei giorni e fecero una sosta a Roma ai primi di dicembre. Qui il G. rivolse al papa l'Oratio ad Pium pontificem, e il Piccolomini dimostrò di gradire molto l'oratoria del Giustinian. Il 12 dicembre gli inviati veneziani lasciarono Roma e giunsero, verso la fine dell'anno, ad Andria. Il 28 dicembre il G. tenne l'Oratio ad serenissimum regem Ferdinandum Siciliae regem in legatione habita.

Bernardi Iustiniani proficiscentis ad legationem neapolitanam oratio ad Pium pontificem¹

{218v}² [1] Cum devotissimi tuae sanctitatis filii illustrissimus princeps noster atque senatus, sanctissime ac beatissime pater, legationem hanc ad serenissimum Siciliae regem decrevisset, sane laetati sunt offerri sibi saepius occasionem tuae visendae colendaeque beatitudinis, ad cuius sedem atque conspectum cupidius repetendum tam multis tamquam magnis tuis meritis incitarentur. Fuerat fortasse aliud commodius iter ad regem et erat certe brevius, sed nulla videri poterat itineris difficultas, nulla asperae hiemis inclementia, dum sanctissimam tuam faciem et videre saepius et venerari contingeret. Omitto enim, quod sacrosanctae nostrae religionis princeps, quod verus Christi vicarius et es et a nobis habetis. Quod quidem ipsum si tam magnum est, ut majus in terris aliud neque fingi possit neque cogitari, quam tandem cum alacritate accessus hic noster ad te celebrari debet? Non dico de admirabili tua incredibilique virtute, non de tuis immortalibus erga Christianum nomen beneficiis, quae tanta sunt tam pervagata, ut quicumque te adeat, praecipuum parentem conservatoremque Christianae reipublicae adire videatur. Unde enim illud, quod ad tuas laudes praedicandas certatim³ confluere videmus omnia ex omnibus terris ingenia ita tamen, ut ea, quae cogitas, quae moliris, quae humano generi polliceris, maiora sint et maiorem, ni fallimur, sudorem tam scriptoribus quam oratoribus allatura. Sed de tuis laudibus dicere nunc neque hujus loci est neque nostri muneris.

Illud nobis non silendum, quod cogimur amore. Tali enim civitatem nostram benivolentia cum semper antea tum etiam post hunc altissimum pontificatum tuum prosequeris. Ut augustissimum aditum hunc conspectumque tuum quo frequentius celebramus, eo magis et venerando diligere et diligendo venerari debeamus, itaque quod devotos decet filios observantesque tui. Primum illud erit, ut eos tuae sanctitati commendemus rogemusque, ut quos in filios suscepisti augeas amorem quotidie ut illi observantiae stadium. Enim vero id te rogant vel ut pontificem vel ut pium vel denique, quod utrum complectitur, ut parentem pater et a filiis posceris, et posceris id, quod sponte tua filiis promisisti. Ii te pontificem fecerunt, tu te pium fecisti. Magna laus et dulce nomen, sed ignosce, sancta pater, magno te nobis obstrinxisti nomine, si patris igitur curam suscepisti, si Pii nomen recepisti. Dubitare certe non possumus, quin aut ex innata tibi mansuetudine aut pro recepto pietatis praemio suscipias.

Placuit praeterea principi nostro perspectam tibi esse legationis nostrae causam. Ea autem haec est: nam cum intelligerent serenissimum regem Alphonsum vita functum Ferdinandumque filium regno successisse, sane plurimum sunt et de amicissimi regis obitu affecti et de clarissimi filii gloria laetati. Videbatur autem vetustissimi cum amoris tum etiam foederis ratio poscere, ut affectum animi declareret litteris. Statim egerunt. Legatione supersederunt propter non nullum fortasse, ut existimabant, tibi atque ecclesiae Romanae gratius officium. Postea vero quam intelligunt te

¹ Normalized orthography and modern punctuation

² Pagination after the handwritten pagination in the

copy of the book digitized by the
Bayerische Staatsbibliothek
³ turmatim?

pontificem factum, et quo animo erga illum esses, apertius visum est posse facere legationem mittere, dilectissimumque tibi filium uberiori significatione decorare, et quod erat vel amici regis filius, vel quod foederatus, vel quod {219r} tuae sanctitati deditissimus nihil omittere, quin auctoritatis quaecumque ea est vel opibus copiisque, si ita opus esset, regni hoc initium confoverent. Sed fecisti tu nuper rem dignam tua summa sapientia et moderatione, qui regem eum approbaris, ut esset haec gratulatio nostra omni ex parte cumulator. Legationis ad regem haec causa. Haec summa est.

Reliquum est, piissime pater, quod tibi maxime persuasum esse cupit nostra respublica nihil esse sibi antiquius, nihil gratius quam tuae sanctitati obsequi, tibi morem gerere, tuam dignitatem fovere, denique, ut intelligas totos esse tuos et opibus et corporibus et animis. Intelligunt enim regnorum omnium regem et ducem dominum illum esse, qui ait: *ego dominus, hoc est nomen meum*, itemque alibi: *per me reges regnant*. Quidquid igitur imperio regunt, quidquid opibus pollent urbes, provincias, insulas, portus, classes, exercitus, totum denique, quos possident, non parentibus si reliquerunt, non suae virtuti, si auxerunt, sed uni summum Dei benignissimi clementiae acceptum referent. Quod cum agunt, tum etiam meminerunt reliquisse eum in terris vices gerentem suas. Nunc autem te illum esse vident, tibi debere, quod illius est, tibi reddendum, quod illi debeatur. Quod si non ita Christiana disciplina litteraeque imbuissent, nec ea, quam diximus, referendae gratiae ratio stimularet, ne illos quidem majorum saltem suorum imitatio sistere debeat hic investigiis, qui pro Romanae sedis dignitate tuenda: non sumptibus illis aut periculis, non denique propriis corporibus et sanguine pepercerunt, quem plurimis et maximis bellis pro Christi gloria susceptis constanti fide atque proposito profuderunt. Quidquid igitur, pie pater, possunt, tibi posse volunt quidquid opibus valent armis, dignitate, terra marique, omnia tam tua reperies quam Veneti nominis.

Sed illud non omitтам solito pudori meo, ita tamen ut muneris nostri finibus insistam: cetera enim ad hos clarissimos legatos pertinent. Dixisti nuper celeberrimo loco, ut ferunt, summa gravitate et copia de Alexandro tertio, Senensi concive tuo, quaedam et quidem lubens, ut soles, cum haud mediocri laude nostrae civitatis, quantumque de ea tibi promitteres attestari voluisti. Vide, sanctissime pater, vide, inquam, quod non falleris, si pro Alexandri salute ac dignitate nullis, quod satis constet, suis prioribus mentis, nullo jure foederis, sola religione commoti durissimum bellum extremaque omnia majores nostri subire non dubitarint, profecto cum tu nos prior officio provocaris. Foedere etiam juncti sumus dubitare non debes neque potes plura nos atque majora, quam Alexandro patres fecerunt, ubicumque necessitas exigat, pro tua salute ac dignitate esse facturos.

5. Antonio d'Alessandro, ambassador of Naples (October 1458)

Soon after the election of Pius II, probably in October, Ferrante of Aragon sent his ambassador Antonio d'Alessandro to the pope to present his homage and obedience, and to secure the pope's agreement to his investiture as King of Naples. Neither the ambassador's oration of obedience nor the pope's reply are extant.¹

¹ Petrucci

6. Oration “*Etsi juxta sapientum*” of Rodrigo Sánchez de Arévalo, ambassador of Castile (27 February 1459, Siena)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Dominatorem caeli*” [35].¹

¹ See vol. 7 of the present edition of Pius II’s orations

7. Oration “*Quae pulchri decoris*” of Jean Jouffroy, ambassador of Burgundy (March 1459, Siena)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Conversa in nos hodie*” [37].¹

¹ See vol. 7 of the present edition of Pius II’s orations

8. Oration “*Maximum et amplissimum munus*” of Johann Hinderbach, ambassador of the Holy Roman Empire (14 April 1459, Siena)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Fabricator mundi*” [40].¹

¹ See vol. 7 of the present edition of Pius II’s orations

9. Oration of Bornio da Sala on behalf of the government of Bologna (10 May 1459, Bologna)

Extant in summary only, in Pius II's *Commentarii*:

On his way to the Congress of Mantua, Pope Pius II arrived in Bologna on 9 May 1459. At the official welcome ceremonies the day afterwards, the oration of welcome was delivered by the university jurist, Bornio da Sala. As expected, da Sala first praised the pope and then Bologna, but afterwards he gave a scathing critique of the tumultuous political situation of Bologna, asking the pope to intervene and reform the city government. Understandably, the oration greatly upset his fellow citizens, and the pope himself might have found that though the political analysis was probably correct, the occasion for presenting it was not appropriate.¹

¹ Ballistreri: *Il suo moralismo e la sua fedeltà alla Chiesa lo misero talora in grave contrasto con i suoi concittadini: così nel 1459, incaricato da Bologna di tenere un discorso di benvenuto in occasione dell'arrivo di Pio II, si scagliò invece, come ricorda Enea Silvio nei suoi Commentarii,*

contro la corruzione dilagante nella città e invocò il papa di intervenire per far rispettare le leggi e riformare i costumi. Il papa umanista ammirò il coraggio e lodò l'oratoria e la dottrina di B., ma questi dovette allontanarsi per qualche tempo da Bologna per sfuggire alle ire dei concittadini.

Infondata sembra invece la notizia, riferita tra gli altri dal Mazzetti, secondo cui, a causa di questo discorso, sarebbe stato obbligato ad andare in esilio nel 1462-1463, dato che in quegli anni B. fu regolarmente rotolato tra i lettori dello Studio

[162] Orandi partes Bornio iureconsulto demandate sunt, uiro qui multa legisset et cuius os dulce sonaret.

Is non quod iussus erat, sed quod sibi placuit longo sermone disseruit. Laudato enim pontifice quantum sufficere arbitratus est, de bononiensis agri fertilitate, de celi clementia, de litterarum studiis, de templis, de menibus, de priuatis et publicis edificiis multa pulchre locutus est. inuectus autem in ciues miro modo hos legum hostes, boni et equi inimicos, nulli teneri frenis ait, alieni auidos, sui prodigos neque matrimonii iura neque hospitii federa custodire; nihil sanctum apud eos inueniri qui neque fidem neque iurisiurandi religionem colerent, alios tyrannos esse, alios seruos, et illos rapere, hos furari, illos gladio inimicos occidere, hos ueneno, illus adulteros [163] esse, hos lenones. Scelera et turpitudines omnes hic sibi proprium domicilium elegisse nec ullius esse tam fedam urbis faciem quam Bononie. Orare igitur, ut urbis sue curam gereret daretque operam ut eliminatis uitiiis ciuitas tandem reformaretur, quando superum ope eo sospes aduentasset.

Que cum audacter atque intrepide et in modum torrentis fluenti oratione depromeret, ciues qui aderant contra se magnopere excitauit, exteros in admirationem duxit; quis enim de sua patria quenquam talia dicturum expectasset? Patrie omnes ignoscunt, cuius dedecus suum ducunt. Ceterum oratio Bornii vera est habita et ipse non tam orator existimatus quam philosophus. Pontifex facundiam eius doctrinamque laudauit et ad reformandos ciuitatis mores suas operas est pollicitus, si tamen eum populum inueniret qui coerceri legibus posset.¹

¹ CO, II, 37 (Heck, I, pp. 162-163 - with a correction from Totaro's edition)

10. Oration of Jeronimo da Castello on behalf of Borso d'Este (14 May 1459, Ferrara)

This oration is not extant.

Literature

Muratori, XXIV, col. 198, 205.

Burckardt (1928), p. 213

11. Oration of Guarino Veronese (May 1459, Ferrara)

This oration is not extant.

Pius II wrote about it in his *Commentarii*:

*Guarrinus Veronensis, grandaevus et venerabilis senex, magister fere omnium qui nostra aetate in humanitatis studio floruerunt, pontificem adiit [in Ferrara 1459] dignamque suo nomine suisque moribus orationem habuit.*¹

¹ CO, II, 41

12. Ambassadorial addresses at the opening of Congress of Mantua (1 June 1459, Mantua)

In his *De expeditione Pii Papae II adversus Turcos*, Lodrisio Crivelli gave a description of the opening of the Congress of Mantua on 1 June 1459, including the responses of a number of ambassadors to the pope's oration "*Magna pars vestrum*" [43]. These responses may not be proper ambassadorial orations, but they are given in direct speech. Märkl listed Jean Jouffroy's address as a *Rede*, adding that "Crivelli gibt sicher Aussagen Jouffroy's sinngemäss richtig wieder, doch ist es zu zweifeln, ob die Rede wirklich so gehalten wurde."¹

Reproduced after Crivelli, pp. 102-104.²

¹ Cf. Märkl, p. 342. Märkl adds that: *auch dem Papst unterschob dieser Autor [Crivelli] eine Ansprache*. This *Ansprache* is the "*Magna pars vestrum*", known from several other manuscripts than those containing Crivelli's *De expeditione*. Crivelli's version is

quite close to the versions in the other manuscripts, indicating that the text may have been made available to him by papal secretaries or by the pope himself, who had actually befriended Crivelli

² Zimolo's edition of the ambassadors' orations has the manu-

script BAV / Vaticanus latini- nus 2047 as the lead manuscript. The other manuscript used by him, the Biblioteca Trivulziana / 765 has the same orations, but in abbreviated form with indirect speech, see Zimolo's notes to the individual addresses, pp. 102-104

12.1. Johann Hinderbach (Holy Roman Empire): “*Superioribus diebus*”

[102] Cum finem dicendi Pius fecisset, animadverterentque oratores principum, qui aderant, non tantum pontificis sed et reliquorum omnium oculos in se maxime coniectos esse, singillatim pro se quisque respondit. Primus igitur Iohannes Hinderbach, Germanus iurisperitus, [103] pro Federico Caesare in hunc modum respondit:

Superioribus diebus, clementissime Pontifex, cum Senis essemus ego una cum collegis meis, ab Imperatoria Maiestate ad Tuam Sanctitatem praestandae debitae obedientiae gratia transmissi, delegatum nobis munus perfecimus. Accepimus iisdem plane diebus a Caesare mandatum, ut Sanctitatem Tuam ad hunc sacratissimum conventum comitaremur, et Caesareae Maiestatis nomine interessemus, omniaque ageremus una cum ceteris principibus oratoribusve eorum quae ad huiusmodi res gerendas necessaria forent. Adivimus Sanctitatem Tuam, litteras et mandata Caesaris ostendimus, studia et vires eius obtulimus. Ceterum collegae mei, quia res domesticas non bene compositas reliquissent, sperantes se post paucos dies in patriam reversuros, protracta modo legatione a Sanctitate Tua, veniam petierunt in patriam redeundi, ex qua mox, rebus suis compositis, et ampliori ab imperatore de rebus gerendis instructione habita, ad Mantuanum conventum redirent. Concessit id tua clementia, Beatissime Pater. Illi nondum redierunt neque alii ipsorum loco venire. Non dubito gravem aliquam causam eis impedimento fuisse: propterea eorum absentiam apud Sanctitatem Tuam excuso: adventum ipsorum aliorumve eorum loco praestolor, confidoque eos propediem affuturos. Si quid tamen interea accidet, quod imperatorio nomine Tuae Sanctitati faciendum videatur, vigore muneris mihi delegati efficiam libenter, quandoquidem non ambigo quidquid per Sanctitatem Tuam in hoc conventu, cum ceterorum principum consensu, pro christianae reipublicae salute, factum ordinatumve fuerit ei gratissimum futurum, Maiestatemque eius quantum in ipsa fuerit omne id diligentissime executurum.

12.2. Ambassador of Portugal: “*Cum serenissimus*”

[103] *Subsecutus Portugalli regis orator ita inquit:*

Sanctissime ac Beatissime Pater, cum Serenissimus Rex Portugalli requisitus et monitus per litteras Beatitudinis Tuae fuerit ut ad conventum Mantuanum, per Sanctitatem Tuam indictum ac hodie inchoandum, pro rebus in eo agendis oratores suos mitteret, voluit pro zelo, quem ad fidem Domini nostri Iesu Christi habet, fideque devotione et obedientia ad Sanctam Romanam Ecclesiam et Apostolicam Sedem ac Beatitudinem Tuam monitis et iussibus Tuis satisfacere et obedire. Propterea nobis, qui ad praestandam obedientiam ad Sanctitatem Tuam missi fuimus, litteris regiis mandavit, ut huic conventui nomine suo interessemus. Ecce ergo pedibus Beatitudinis Tuae Regis nostri mandato praesentamus ad intelligendum quid Beatitudo Tua velit, conferendum et consultandum cum oratoribus aliorum principum et dominorum, qui ad hunc conventum iussu Tuae Sanctitatis vocati fuerunt et convenerunt convenienter in posterum. De mandatis nostris, cum opus fuerit, fidem faciemus.

12.3. Jean Jouffroy (Burgundy): “*Sicut Beatissime Pater*”¹

[104] Post hunc episcopus Atrebatensis Burgundi ducis orator, ita disseruit:

Sicut, Beatissime Pater, adversus feras harundinis et immanissimam pestem Turchorum Sanctitatis Tuae antecessores experti sunt principem nostrum nunquam ignaviter expectavisse ut legationibus et suasionibus multis ab eo exprimeretur peragendi causa boni, sic nunc ultro parat Te sequi, subsequi quasi characterem atque figuram religiosae virtutis; ut enim primus Tu signum protulisti tuendae vel vendicandae christianae felicitatis, ut primus eminentissimam sedem et dulces Senas et suavitatem Tuae cognationis dereliquisti ... instar Abrahae crescas in gentem magnam, ut denique primus velut in libris ludicum de Calef legimus, Tu aetate et infirmitate debilior, altitudine animi praestans, hanc urbem conventui delectam ingressus, christianorum principum studia praevertisti, praevenisti solitudinem, diligentiam anticipasti, sic noster princeps, quamquam inter extremos hominum constitutus et remotissimus ab omni Turcorum impetus, primus omnium principum ad Te properavisset, foretque nunc provolutus sacratissimis pedibus Tuis, nisi fluctus veluti quidam atque recens sibi oblata ymago rerum novarum interceptissent sacros eius instinctus. Igitur, Beatissime Pater, rerum accidentium status flectunt necessario consilia hominum atque detorquent. Ut tamen a Christi religione christianae fidei hostis Turcus amoveatur, profecto ardor et religione flagrans animus illustrissimi domini nostri nondum avulsus est quin id velit ut autem possit, omnibusque obnix viribus hoc ipsum quaerit, oblati quidem conditionibus aequis apud circumfusus sibi reges et populos. Quod si ex sententia continget, haud dubie Tu, Beatissime Pater, ipsius principis vires, personam, animum firmum atque omnem integritatem experieris; si vero malignitas temporum hoc sibi auferet, legatos tamen quam primum ad Te illustres mittet ex sua stirpe, rebus agendis interventuros. Atque ne rerum principis procurator praepositus conventu transigendarum aliquid interea intermittatur, legati venimus duo insignis virtutis ac generis milites, duo dignitate et doctrina viri eminentissimi, praeterea prudens eiusdem invictissimi principis procurator praepositus Converacensis et ego Atrebatensis episcopus, comparemusque hodie, comparebimus item quotiens iusseris, opem, operam, consilia, fidem praestabimus rebus agendis. Quodcumque vero Tua Beatitudo patrumque et principum consessus instituent, pro dignitate illustrissimi domini nostri et rerum instantium capacitate id complectemur.

¹ Cf. Märtl, p. 343

12.4. Ambassador of Savoy: “*Quoniam verba*”

[105] Sabaudiensis subinde ducis orator haec protulit:

Beatissimus pater et clementissime domine, quoniam verba per primo loquentes oratores dicta valde accomoda rei, de qua agitur, fuere, ne taedio afficiamus Sanctitatem Tuam pauca illis adiungenda duxi. Mandatum enim meum et eius qualitatem Sanctitas Tua bene novit et penes se habet. Hoc unum scio, quia illustrissimus dominus meus, dux Sabaudiae, pro portione sibi contingente reddet debitum erga Ecclesiam Dei, quemadmodum aliquis ex principibus christianis faciet.

12.5. Ambassador of Bavaria: “*Quanta devotione*”

[105] Post hunc Baioariae dux orator in hunc modum verba fecit:

Beatissime Pater, quanta devotione Sanctitati Tuae afficiatur illustrissimus princeps meus, per nonnullos eiusdem principis oratores Tua Sanctitas intellexit vicibus repetitis, unde ea recensere superfluum foret. Princeps ipse obsequentissimus filius est Sanctae Romanae Ecclesiae et Sanctitatis Tuae, et, si quando res postularet, animum suum operibus ostenderet. Sed, Pater Sancte, quam mobilis semper humanarum rerum status sit, et quomodo in partibus Germanis, ubi Sanctitas Tua magnam suae vitae portionem egit, et inter eius primos principes discordiae oboriantur, non est Sanctitati tuae ignotum. Profecto incendium tale exurgere cernitur, quod vixi nisi maximo cruore extinguere poterit, nisi Deus omnipotens manus apposuerit. Hanc ob rem et ex nonnullis aliis illustrissimus princeps meus quod mente gerebat efficere hac vice nequivit. Firmabat plena fiducia fretus ceteros coillustres sibi partier ita acturos, omnino Sanctitatis Tuae statuto et desiderio morem gerere, necnon una cum reliquis principibus in hoc sacro conventu Mantuano rebus operam dare salutaribus. Verum cum ad hoc eventum sit, ut ex causis evidenter urgentibus se praesentem facere Apostolicae Maiestati non potuerit, nihilominus per eum non stabit quominus quicquid Tua auctoritate in hoc celeberrimo coetu tractatum, receptum et definitum fuerit princeps ille, [106] cum invictissima Caesarea Maiestate et concursu aliorum principum tam ecclesiasticorum quam secularium, prout id ipsum concerneret, pro qualitate sua probabit et laudabit. Rursus ut integer spiritus suus enitescat et bonae voluntatis suae argumentum constare videatur, me minimum et ingenio hebetem onerare statuit, ut in praesenti venerabili conventu suo nomine compaream ad interessendum, concurrendum, tractandum et agendum quae utilia et necessaria iudicabuntur, veluti in manuscripto dicti principis sigillo munito et instructionibus commendatis plenius continetur. Ea de re cuncta quae beneplacita sunt oculis tuis deditissimam personam meam potissimum ad haec quae praemittuntur mihi quoque credita et iniuncta omni loco, omni tempore, omni die, omni hora atque momento ad arbitrium et praeceptum Sanctitatis Tuae offero paratissimam.

12.6. Ottone del Carretto (Milan): “*Cum primum*”

[106] Mediolanensis subinde ducis orator Oto Carretus ita locutus est:

Cum primum, Beatissime Pater, intellexit illustrissimus princeps meus indictum Mantuae conventum pro rebus Ecclesiae universalis et christianae reipublicae adeo necessariis, incredibili laetitia affectus est, et pium, sanctum necessariumque consilium Tuae Beatitudinis summopere commendavit. Cumque religiosissimus sit princeps et fidei observantissimus, Tuae vero Beatitudinis et Sanctae Romanae Ecclesiae devotissimus filius, cupiatque gratus esse immortalis Deo, ob quam¹ plurima atque praecipua sibi collata beneficia statuerat praestitua die Mantuam adesse, quantum in eo esset Tuae Sanctitati piissima vota adiuturus. Sed cum post haec accepisset paucos admodum in hoc initio affuturos principes principumve oratores, quos tamen brevi affuturos non ambigit, decrevit celsitudo eius, cum praesertim in locis sit finitimis unde facile ad omnem Tuae Sanctitatis nutum vel uno die huc advolare poterit, adventum suum eatenus differre, quoad utilior videretur Tuae Beatitudini. Erit igitur Beatitudinis Tuae, cum videbitur, iubere ut veniat. Erit praesto ut christianum et magnanimum principem decet, nec dicam fore ut alios principes superet, sed palam profitebor non passurum se pro virili sua ut ab aliquo superetur, et cum suis antea litteris et nuntiis, nuper etiam ab inclyto eius primogenito et nunc ab illustrissima coniuge, promptissimam eius mentem Tua Sanctitatis acceperit [107] non est quod ultra polliceri possim, nisi si quid interea per me, dum illius adventum praestolamur, agi iubeas, promptissimum me eius nomine ac paratissimum futurum.

¹ *em.*; quem

12.7. Ambassador of Siena: “*Nomine devotissimorum*”

[107] Postremo Senensium orator haec protulit:

Beatissime pater, nomine devotissimorum filiorum tuorum Tuae Sanctitatis Senensium ac Senensis reipublicae iussu et mandato ad pedes Tuae Beatitudinis missus ad hunc inclytum conventum, omnes praefatae Tuae reipublicae Senensis facultates ac potentiam pro statu christianae religionis, Tuae Sanctitati Sanctaeque Romanae Ecclesiae sincera fide et perfectissimo corde incunctanter omnique exceptione semota offerre atque polliceor, et in cunctis pertractandis me offero ad omnia mandata Tuae Beatitudinis.

13. Oration "*Deceret forsitan*" of Niklas von Wyle (Karl of Baden) (7 June 1459, Mantua)

Niklaus von Wyle, a personal acquaintance of Pius II and early collector and editor of his letters, came to Mantua as envoy of Margrave Karl of Baden. On 7 June 1459, he delivered a short oration to the pope in which he excused his master's absence and promised that he would arrive later. The margrave actually did come to Mantua, as the emperor's representative, but very late in the year and shortly before the congress ended.

Published here after the edition of Baechtold.

Manuscript

- **Einsiedeln / Stiftsbibliothek**
Papierhandschrift 327, ff. 145r-147v

Editions

- Baechtold, Jakob: Zu Niklaus von Wyle. In: *Zeitschrift für vergleichende Litteraturgeschichte und Renaissance-Litteratur*, Neue Folge, 1 (1887/1888) 348-350 **(BA)**

Literature

Baechtold, Jakob: Zu Niklaus von Wyle. In: *Zeitschrift für vergleichende Litteraturgeschichte und Renaissance-Litteratur*, Neue Folge, 1 (1887/1888) 348-350

Oratio Nycolai de Wile

{349} Deceret forsitan, sanctissime pater, ut morem aliorum ad vestram beatitudinem confluentium orationem haberem, in qua vestrae sanctitatis ac illustris principis, filii vestri oboedientissimi, domini mei generosi Karoli, marchionis Badensis, qui me misit, laudes extollerem. Sed non est, pro dolor, ea dicendi copia, ut virtutes vestras eximias ac paene divinas aequo praeconio efferre possim, nisi quod hoc unum libet dicere et vere totam, scilicet nostram Alamaniam ex vestrae sanctitatis sublimandae adeo affectam esse gaudeo, ut nemo sit, qui non sese inde beatum iudicet speretque ecclesiam prope diem omne periculum evasuram. Nec est quod de laude domini mei me mittentis oporteat dicere, cuam alias virtus, nedum sua totius domus marchionatus Badensis vestrae beatitudini – ut reor – satis sit explorata. Sunt enim ex ea domo adhuc quattuor superstites, virtutibus praediti et hisce adeo aequales, ut difficile esset quempiam eorum alteri laude praeponi. In hos tamen refulget Karolus praedictus vestrae sanctitatis filius devotissimus, qui ceteros suos germanos omnes paternae hactenus educavit, continuo educat, et pro posse ab insultibus tuetur. Hic a vestra sanctitate jam repetitis litteris¹ accersitus semper parabat obtemperare voto vestrae beatitudinis ac iter ad vos accipere, sed diversi casus passim accidentes id hactenus vetuere, quamquam etiam corporis sui infirmitas obstabat, aliquae lites et dissensions principum sibi vicinorum ac vel sanguine vel affinitate conjunctorum iter suum prorogarunt. Nonnumquam vero casus graves suorum germanorum Treverensis et Metensis episcoporum ex insperato sese immergentes sibi impedimento extitere. Ita cum jam esset accinctus pro conficiendo itinere ad vestram sanctitatem necessitate coactus remansit prout haec et alia idem dominus meus generosus sese excusando, cum venerit per suos oratores sincerius enodabit. Quamquam autem, beatissime pater, omnium praedictorum impedimentorum adhuc reliquiae haud parvae supersint merito hujusmodi exitum ac iter domini mei generosi aggravantes, statuit tamen ejus devotio ea jam omnia parvipendere et vestrae sanctitati gerere morem ac eo paucioribus suppositis et equitibus ad vestram beatitudinem venire. Venit itaque dumtaxat vestrae vocatu et non alterius. Estque jam accinctus via infra quartamdecimanam proximam Deo dante hic applicaturus² {350} obtemperaturusque exinde, ut princeps catholicus et fidelis. In singulis voto et beneplacito vestrae sanctitatis orabit, ut tarditatem sui adventus per praemissa excusatam dignetur habere eadem vestra sanctitas, cui sese humillime recommendat etc.

¹ *em.*; viribus BA

² appliciturus BA

14. Oration "*Miratueros plerosque*" of Isotta Nogarola (1 August 1459, Verona)

Among the writings of the celebrated female humanist scholar, Isotta Nogarola, are some orations. One of these orations she delivered in Rome, during the Jubilee Year of 1450, to Pope Nicolaus V and his cardinals. Another she wrote in 1459, on the occasion of the Congress in Mantua, and sent to Pope Pius II from Verona on 1 August. The text was sent in or as a letter, and it was not intended for public delivery but for reading, cf. the passage in the letter where she writes: *Patere igitur, pater beatissime, et hanc ingenioli mei imperitiam et paupertatem laeto animo, uti omnia soles, ut ab initio dixi, suscipere et patienter lege* (p. 154). The modern editors – and translators – of Isotta's works, M.L. King and D. Robin, have no doubt that the text is indeed an oration and not just a complimentary letter, and they include it in their section of orations¹. They consistently call the text an oration or a speech, and they refer to the introduction with its *captatio benevolentiae* and reference to Demosthenes and Cicero as public speakers as *a clear signal that she [Isotta] conceived the work as a public oration*. For an analysis of the oration, see the introductory remarks to King and Robin's translation.

Published here after the edition of E. Abel.

Manuscripts

- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Ott. lat. 1677²

Editions

- Isotae Nogarolae Veronensis *Opera quae supersunt omnia*. Coll. A. Apponyi. Edid. E. Abel. 2 vols. Wien, 1886, II, pp. 143-156

Translations

- Nogarola, Isotta: *Complete writings*. Ed. and transl. by M.L. King & D. Robin. Chicago, 2004, ch. 9

¹ The early editor, E. Abel, had included it in the section of letters

² Cf. Isotae Nogarolae Veronensis *Opera quae supersunt omnia*, II, p. 143

Literature

Nogarola, Isotta: *Complete writings*. Ed. and transl. by M.L. King & D. Robin. Chicago, 2004, ch. 9

Sanctissimo domino nostro Papae Pio Secundo.

Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

[1] {143} Miraturos plerosque ac me accusaturos non dubito, pater beatissime, quod ego mulier tibi ignota sicut stipula ante faciem venti balbutiens, verba potius frangens quam proloquens ad te principem, saeculi nostri praecipuum lumen ac decus, regis nostri Jesu Christi successorem, scribere ausa sim, cum multi excellentiori dignitate collocata, summa eloquentia praediti initio dicendi animo commoveri soleant. Quod Demostheni, cujus melle dulcior erat oratio, Theophrasto {144} philosopho, Ciceroni, cujus eloquentiam universus decantat orbis, apud clarissimos reges oraturis evenisse testatur antiquitas.¹ *Semper equidem*, inquit Cicero, *magno cum metu dicere incipio, quotienscumque dico, totiens mihi videor in iudicium venire.*² Me vero, sanctissime pater, licet sanctitatis tuae magnitudinem atque splendorem conspiciam, relevat divina misratio, quae sperantibus in se numquam deesse consuevit et infirmitatem hanc meam atque imperitiam corroborat et illuminatio mea est; quae docuit et docebit et manum hanc meam ad scribendum, linguam, ut quondam asinae Balaam, diriget ad loquendum.³ Invitat illa tua singularis ac prope divina clementia, benignitas et mansuetudo, quam universa decantat ecclesia, et onus hoc gravissimum viribus meis impar laeto animo suscipere hortatur. Erit igitur clementiae et humanitatis tuae, ejus – inquam – quae mihi hanc scribendi praebet audaciam, hasce litterulas subrusticas, inopes, verecundia dealbatas, immo me in eis benigne suscipere

{145} et e genis larga subvenire manu, ne pietatis et miserationis ingenitae exuas viscera, immo cum auctus sis dignitate, benignitate quoque in dies auctior fias, et in hoc tam laeto, tam festivo, tam celebri ornatu hymnum hunc angelicae exultationis ex nostris visceribus pronuntiatum audire. Artaxerxem regem Persarum legimus, qui non minus putabat regium et humanum, esse parva benigne et prompte accipere quam magna dare, deambulandi gratia equitantem, cum illi homo vilissimus et pauperrimus obviam factus esset (mos erat Persarum regem cum muneribus salutare) aquam ambabus manibus e fluvio ab illo acceptam jucunde suscepisse ac subrisisse⁴ promptitudinemque dantis potius quam magnitudinem dati mensurasse, cum nullus adeo ferreus, adeo extra se positus sit, ut non moveatur ac non ex intimis omnipotenti Deo gratias referat et illud Daviticum tota cum admiratione pronuntiet: *Quam magnificata sunt opera tua, domine!*⁵ *Haec dies, quam*

{146} *fecit dominus, exultemus et laetemur in ea.*⁶ Nemo ab hujus celebritatis participatione secernitur. Una cunctis laetitiae communis est ratio! Omnium una vox gaudentium, quoniam ecce tempus acceptabile, ecce dies laetitiae et jubilationis prae omnibus diebus vitae nostrae, in quo *fidelis dominus in verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis*⁷ aperit manum suam, exultat et gaudet universus orbis et in hac celebritate cum hymnis et canticis devotis et dignis jubilat praeconiis, pueri innuptaeque puellae sacra canunt. Nullus tam hebes est, tam rationis expers, ut

¹ Gellius, 8, 9

² Cicero: *Pro Cluentio*, 51

³ Numbers, 22

⁴ Plutarch: *Artaxerxes*, 5, 1

⁵ Psalms, 91, 6

⁶ Psalms, 117, 24

⁷ Psalms, 144, 13

non intelligat, quam multos, quam laetos, quam uberes fructus paritua sit sanctitas tua, cum ineffabilis misericordia salvatoris tot gratiarum cumulos in te adunaverit, te prae ceteris ornatum insigniis dignitatum nullo externo aut terreno adjumento, sed succrescentibus meritis per gradus ascendentem divinitiae providentiae nutu ad hujus pontificatus apicem perduxerit, ut de te merito dicatur: *hic est flumen aquae*

{147} *vivae, splendidum tamquam cristallum, procedens de sede Dei in medio ecclesiae et ex utraque parte ejus lignum vitae offerens fructum tempore suo, cujus ligni folia sunt ad gentium sanitatem.*¹ Vir iste in populo mitissimus apparuit et Deo dilectus et hominibus, nunc pro ecclesia sancta vas vere admirabile omni ornamentum lapide pretioso opus excelsi. Laetatur ecclesia talis sponsi copulata amplexibus, prae gaudio cantat: *Sub umbra illius, quem desiderabam, sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo;*² *laeva ejus sub capite meo et dextra illius amplexabitur me,*³ cum ipsam tamquam verus sponsus et non adulter, tamquam verus pastor et non mercenarius in sinu tuo receperis, omnis tua voluntas, omnis actio, studium denique et conatus omnis ad conservandam apostolici throni supremam aciem conversus sit et pro ea nedum terrenam substantiam, sed animam ipsam effundere paratus sis. Quod proprie regium est - divo attestante Augustino: *Hoc, inquit, ad reges pertinet, ut paratam temporibus suis velint ecclesiam, matrem suam, de qua spiritualiter nati sunt.*⁴

{148} Rex Nabuchodonosor post sacrilegam idolorum servitutem divino convictus miraculo pium edictum promulgavit, ut quicumque in Deum Sidrach, Misach. et Abdenago blasphemiam dicerent, cum domo sua penitus interirent.⁵ Tu vero, qui vicarius Christi verus es, hanc immortalitatis gloriae materiam divino afflatus spiritu obviis, ut ajunt, suscipe manibus. Exurgat sanctitas tua extendatque brachium potentiae suae in auxilium sponsae suae contra hanc adulteram et pravam generationem, cum videas Christum redemptorem nostrum tam immaniter ab ipsis blasphemari. Abhorreat sanctissima puritas tua hos nepharios et sceleratos. Nam secundum apostolum, *quae participatio justitiae cum iniquitate? Aut quae societas lucis ad tenebras? Quae conventio Christi ad Belial? Aut quae pars fidelis cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis?*⁶ Propter quod exite de medio eorum et separamini, dicit dominus, et immundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos. Accingere ergo, pater beatissime,

{149} gladio tuo super femur tuum potentissime, cum idcirco tibi divinitus potestatem hanc datam esse intelligas, ut malos punias et ecclesiam tuam in ruinam et deformitatem tendere minime patiaris. Sume tibi arma et scutum et exurge in adjutorium ecclesiae non fervore vindictae, sed zelo justitiae. Hoc quidem pietatis genus est in hoc esse crudelem. Nihil tanto studio cupere debes, quam ut aetate tua Romana ecclesia, sponsa tua, debita tranquillitate et pace laetetur.

*Sacra suosque tibi commendat sponsa penates;
Hos cape fatorum comites, his moenia serva.*⁷

¹ Apocalypse, 22, 1-2

² Canticles, 2, 3

³ Canticles, 2, 6

⁴ Source not identified

⁵ Daniel, 1, 1-30

⁶ 2. Corinthians 6, 14-16

⁷ Vergilius: *Aeneis*, 2, 293-294:

*Sacra suosque tibi commendat
Troia penates ...*

Coram te procidant reges, oboediant primates mundi tamquam ipsi domino Jesu Christo, nec erit, qui tuae velit resistere voluntati; omnia, quaecumque volet, facies in terra et in mari et in abyssis, quoniam adiutor et protector factus est tibi dominus in salute divo clamante Isaia: *Venio, ut congregem cum omnibus gentibus et linguis, et venient et videbunt gloriam meam et*

{150} *ponam in eis signum, scilicet sanctae crucis, et mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes in mari, in Africa, in Lydia tenentes sagittas, in Italia et Graecia et ad insulas longe ad eos, qui non audiverunt me et non viderunt gloriam meam et annuntiabunt gloriam meam gentibus.*¹ Recordare tibi a domino per Jeremiam dictum: *Ecce constitui te super omnes gentes et regna, ut evellas et destruas et aedifices et plantes.*² Et per Ezechielem: *Speculatorem domini Israel posui te; si videris gladium venientem et non insonueris buccina veneritque gladius et tulerit animam de populo, sanguinem ejus de manibus tuis requiram.*³ Hoc enim vere fatendum est, te ad hoc sedis apostolicae solium possidere, ut ovium tuarum curam geras et cum videas lupum venientem, minime fugias, sed earum libertati et utilitati salubriter provideas. O quanta divinitus sanctitati tuae gratia demittitur, quanta laudis et gloriae paratur occasio! Eam laetus gaudensque complectere. Sic omnes praecessores tuos in Romanam ecclesiam beneficiis maxime antecelles. Quo quidem sancto et glorioso opere,

{151} quid viderunt priora saecula felicius nec visura posteritas? Quid magnificentius? Quid Christianae religioni utilius? Ex hoc Romana ecclesia, universus denique orbis, ex his beneficiis sanctitati tuae plurimum debere affirmabunt. Sanctimoniam quoque vitae tuae, fidei ardorem, maximam mentis constantiam summo studio, quibus poterunt laudibus, praedicabunt, cum sponsam tuam a foedo hujus adulteri amplexu foedari minime passus sis, sed venienti gladio et Christi tunicam inconsutilem scindere molienti scuto fidei amictus te objeceris ac magno animo opposueris et eam ab omni servitute liberam tristiae vestibus exutis divino munere et imperscrutabili providentia tua regio ornatu indutam in sua dignitate conservare volueris. Vere, quod ait Isaïas, jam impletum est: *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam;*⁴ *habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis, quoniam in sole posuit tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo*

{152} *exultavit, ut gigas ad currendam viam a summo caelo egressio, nec est, qui se abscondat a calore ejus ejus,*⁵ cum conspectu tuo fugatis tenebris, atra discussa caligine pacis ac tranquillitatis radios hauriemus. Hoc maxime erit sacrificium, quod a te summo pontifice Deo nostro offerri poterit! Dabit tunc omnipotens Deus, ut magno cum gaudio et honore integritatem fidei amplifies, pacem et quietem conserves:

*gentes indomitas populosque feroces contundes
legesque viris et moenia pones,*⁶

¹ Cf. Isaiah, 66, 18- 19

² Jeremiah, 1, 10

³ Cf. Ezechiel, 33, 6

⁴ Isaiah, 9, 2

⁵ Psalms, 18, 6-7

⁶ Vergilius: Aeneis, 6, 851-853

memor Habacuc canentis: *In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salute populi tui, in salutem cum Christo tuo, percuties caput de domo impii, denudabis fundamentum ejus usque ad collum.*¹

*Haec erunt tibi artes, pacis imponere mores,
Parcere subjectis et debellare superbos.*²

De te nunc merito a prophetis pronuntiatum figuris et enigmatibus praefiguratum affirmabunt. Subibit nomen Virgilianum, hoc est:

*{153} Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum fama super aethera notus.*³

Et ideo gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis.⁴ Cantemus domino, quoniam magnifice fecit.⁵ Annuntiemus hoc in universa terra: hauriamus aquas de fontibus salvatoris, quoniam evanuerunt impii in cogitationibus suis⁶ et credentes se esse sapientes stulti facti sunt.⁷ Hoc scit ille reverendissimorum cardinalium coetus, hoc scit universa sacrosancta mater ecclesia, virtutes tuas laudantes et te tamquam divinum numen in terris adorantes, cum tua lata virtus, summa bonitas, integritas, justitia, misericordia, pietas, mansuetudo et innocentissime acta vita a primis, ut ajunt, unguiculis ad hanc usque diem veluti sidus quoddam semper resplenduerit adeo, ut nemine recusante uno consensu, una mente, una voce, quod numquam accidere solet, te pontificem nostrum delegerint, tibi colla humiliter submittentes, te illum unicum esse profitentes,

{154} in quo omnium salus sita sit, cujus opera sublevantur boni, opprimantur mali. Laetetur itaque totus fidelium coetus et canticum laetitiae et exultationis alta voce concinnat, cum ejus gloriosissimi patris et propugnatoris tamquam rosae nimio fragrantis odore et tamquam cypressi in caeli altitudinem se extollentis usque ad extremum terrae divulgetur nomen et in aeternum sit memoria ejus in benedictione. Sed quid ago, quae tanti viri laudes enarrare audeam, quibus plena est terra, cujus splendor est sicut lumen, cum in omnem terram exiverit sonus ejus juxta illud reginae Sabae; *major enim est sapientia tua et opera quam rumor, quem audivimus!*⁸ Patere igitur, pater beatissime, et hanc ingenioli mei imperitiam et paupertatem laeto animo, uti omnia soles, ut ab initio dixi, suscipere et patienter lege, quoniam neque aurum neque argentum munus est, sed ipsa tribuentis voluntas, neque id detur considerandum, sed qua mente, quo animo, qua voluntate. Deum sacrae litterae testantur

{155} respexisse ad Abel et munera ejus: prius siquidem ad Abel, deinde ad munera, ut intelligamus, non tam ei gratum existere, quod offertur, quam animum offerentis,⁹ quoniam non ex tristitia aut ex necessitate, *sed hilarem datorem diligit Deus.*¹⁰ Nihil tunc praedicabitur hac tua humilitate,

¹ Habacuc, 3, 12-13

² Cf. Vergilius: *Aeneis*, 6, 851-853

³ Vergilius: *Aeneis*, 1, 378-379

⁴ Luke, 2, 14

⁵ Cf. Isaiah, 12, 5

⁶ Cf. Romans, 1, 21

⁷ Cf. Romans, 1, 22

⁸ 3. Kings, 10, 7

⁹ Cf. Genesis, 4, 1-8

¹⁰ 2. Corinthians, 9, 7

benignitate admirabilius, nihil devotius. Hac via rapies caelum, quoniam talium est regnum caelorum, cum vox clamet evangelica: *Discite a me, qui mitis sum et humilis corde*,¹ *deposuit potentes de sede et exaltavit humiles*.² Reliquum est, ut sanctitatem tuam omni animi devotione supplicans orem, me indignam ancillam tuam, devotissimos servos tuos fratres meos universamque familiam Nogarolam, quae se totam tuo sanctissimo nomini dedicavit, ea caritate et benevolentia, qua fidelissimos servos tuos diligere soles, diligas et gratia tua dignos iudices. Et ego caelestem regem precor, et quidem vehementer, ut pium ac sanctum desiderium nostrum adjuvet, id est, ut sanctitati tuae, quae placita sunt omni

{156} tempore exercere possimus ad laudem et gloriam nominis sui, cuius est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Valeat sanctitas tua.

Veronae, Kalendis Augusti MCCCCLVIII.

Ejusdem sanctitatis tuae humilis ancilla

Isotta Nogarola

¹ Matthew, 11, 29

² Luke, 1, 52

15. Oration of ambassadors of Naples [Antonio Beccadelli] “*Cum ad id*” (Summer 1459, Mantua)

This oration was written by Antonio Beccadelli (Abulafia, p. 304; Bently, p. 304) for the ambassadors of King Ferrante I of Naples to Pope Pius II at the Congress of Mantua. It clearly served as a draft for the oration of the king's ambassador Archbishop Ratta, the “*Numquam beatissime pater*”, see below.

Date

Since the oration does not mention the actual Angevin invasion of the Kingdom of Naples which began on 5 October 1459, it must have been written before that date. It is not known if the oration was actually delivered.

Edition

Regis Ferdinandi et aliorum epistolae ac orationes utriusque militiae. [Vico Equense, 1586], pp. 338-343

Literature

Abulafia, David: Ferrante I of Naples, Pope Pius II and the Congress of Mantua (1459). In: *Montjoie. Studies in Crusade History in Honour of Hans Eberhard Mayer*, ed. by B.Z. Kedar et al. Aldershot, 1997, pp. 235-249

Bentley, J.H.: *Politics and Culture in Renaissance Naples*. Princeton, 1987

Oratio ad Pium papam in Concilio Mantuano habita, lege feliciter

[1] {338} Cum ad id, quod contra Turcarum insolentiam ac furorem tua sanctitas parat, Pie pater beatissime, commodissima ac pernecessaria sit Italiae pax atque concordia, non absurde fortassis Ferdinando inclyto Siciliae regi, dignationis tuae filio observantissimo, visum est, ut quam primum occasio daretur, nos, qui ejus nomine ac mandato hic sumus, regis animum explicaremus palamque faceremus, per eum nequaquam staturum, quo minus Italia omni ex parte pacata otio et tranquillitate fruatur, idque maxime ei visum est, quod nonnullos esse compertum habeat, partim malevolos, partim invidos et perniciosos homines, qui dicant ac divulgent regem in Italia bellum tum contra {339} Genuenses, tum contra Sigismundum Arimini dominum suscitare, exercitum quotidie comparare sua sorte minime contentum aliena cupere. Id quam indignum humanissimo regi videri debeat, nemo magis quam tua sanctitas conjectaverit, quippe qui bella haec non ab eo, sed ab Alfonso patre jure ac merito coepta probe cognoscat, et a Ferdinando filio non sua culpa, sed hostium pertinacia suscepta produci. Sed quoniam haec non omnibus nosse datum est, concedes pro tua singulari humanitate atque justitia, ut in hoc sacratissimo terrarum loco, apud hos praestantissimos patres et oratores ornatissimos regis causa aperiatur, honestissima illa quidem atque justissima, ut cum intelligent illius animum ad pacem propensiolem esse et non impediturum, sed pro viribus adjuturum expeditionem et consilium sanctitatis tuae contra Turcas, merito regi nostro gratias et laudes habeant, et invidos illos ac perniciosissimos homines odio et execrationibus prosequantur. Primo igitur causam belli, quod suscepit contra Genuenses aperiemus, deinde contra Sigismundum, atque id ita breviter, ut audire vos haudquaquam distaedeat.

[2] Cum aliquando inter Genuenses et gloriosae memoriae Alfonsum pacta haec conventa essent, ut Alfonsus sua expensa praesidium in urbe Genua ad custodiam civitatis et illorum reipublicae contineret, illi pateram auream quotannis Alfonso tribuerent. Alfonsus quidem promissa religiose servavit. Illi, cum promissa et poenam promissis adjectam violarent nec propositi paeniteret, necesse fuit Alfonso perfidiam armis vindicare. Quo factum est, ut Genuensium exulum partem amplexus, eos in patriam reponere {340} reique publicae restituere conatus sit, tum quia primores civitatis erant genere et virtute praestantes, tum quia sua opera restitutos crediderit melius fidem et pacta conventa servaturos. Itaque si quis aequa aure haec audiat, non contra Genuenses, sed pro Genuensibus Alfonsum bellum suscepisse cognoscet, neque ambitione aut cupiditate aliqua, sed justitia et aequitate cum Liguribus decertasse. Quod planum fecit, cum oppida omnia, quae vi aut deditione ceperit, non sibi dominandi libidine servaverit, sed exulibus ipsis reddiderit, praesidioque imposito usque ad suae vitae exitum illis custodierit. Postea vero diem functus hanc filio provinciam velut haereditariam relinquere visus est, videlicet quae ad fidem, decus, famam, constantiam suam spectare arbitraretur.

[3] Suscepit itaque munus Ferdinandus filius convenientissimum exules Genuenses pro viribus tuendi atque servandi, maxime vero cum ii, qui in urbe dominatum obtinent, in illius odium evocaverint. Renatum¹ ducem adversarium ejus dominatumque urbis statuerint libertate ac

¹ *em.*; Rheni - et passim

dignitate posthabita, quem quotidie in Ferdinandum concitare adnituntur, utque ejus regnum aggrediatur suadent, incitant, impellunt. Comprehensi sunt nuntii Renati ipsius ducis complures et adhuc in compedibus detinentur, qui minime negant¹ se venisse uti populares et subditos Ferdinandi ad seditionem ac rebellionem concitent. Comprehensae atque extant litterae innumerabiles hujusmodi etiam defectionem suadentes. Quaesumus nunc te, pater beatissime vosque sapientissimi viri, quid Ferdinandi faciendum² videatur. Num expectandum, ut Genuensium {341} ope et hortatu Renatus dux, quod litteris et nuntiis fere minitatur, regnum Neapolitanum invadat? An potius sibi praecavendum bellumque in Genuensium fines transferendum? Putas tu, pater sapientissime, te expeditionem in Turcas exequi posse Italia Genuensi bello implicita? Rursus putas Italiam pacificari posse Gallis Italiae insultantibus? Nosti tu, pater beatissime, Gallorum horum provincialium gentem belli ac novarum rerum perquam avidam esse, Italicorum usque ab ultima origine perpetuo hostem avaritia insatiabilem, superbia intolerabilem, hinc saepenumero Italia ejectos, nonnumquam etiam interneceione Gallos occisos. In vita Caroli magni non ineleganter scriptum legimus Gallos amicos habeas, vicinos non habeas. Adversus eos itaque, qui ad disturbendam Italiae pacem et foedera, ejusmodi Gallos evocaverint, Ferdinandus rex bellum capessit pro justitia, pro regni sui incolumitate et tutela, non ambitione aut cupiditate aliqua adductus. Nam sancte nobis in ejus animam affirmare possumus, si quis sponte Genuae dominatum illi deferat, se recusaturum sua sorte affatim contentum agere Deoque gratias immortales habere, quod regnum a patre sibi relictum, a tua sanctitate confirmatum in pace tandem ac tranquilliter possideat, neque aliud extra regnum appetere, neque aliud mente agitare, nisi regni conservationem et populorum ac subditorum pacem. Videte nunc, utri potius Italiae pax credenda fuerit an Ferdinando ipsi, qui educatione, moribus, animo, domicilio, regno, familia, benevolentia Italicus sit et Italiae paci ac foederibus {342} obstrictus, an provincialibus Italicorum hostibus, pacis atque tranquillitatis eversoribus? Quod si pacem omnino dandam Genuensibus censuerit sanctitas tua, quo facilius expeditio in Turcas expediatur, et ipse rex paci libenter assentiet, dummodo bellorum materia extinguatur, hoc est Galli ipsi Genua amoveantur, ne dum pacem animo agites, bellum ingens in Italiam excitetur, paxque ipsa, quod contra fieri debet, bellum parturiat. Tum sentient Genuenses Ferdinandum regem non hostem, sed amicum et beneficum, nullamque ex alia causa bellum contra eos suscepisse infensosque habuisse atque habiturum esse, quam ex Gallis, ipsius regis atque adeo Italicorum omnium hostibus, in ipsorum urbem communi omnium periculo receptis. Illud denique tibi de Ferdinando rege pollicemur se pacem potius desiderare, bellum sane invitum assumere, nec recusaturum quidquid tua sanctitas de eo deque ejus regno statuerit, modo universalis ratio pacis habeatur, atque omnibus aequè consultum sit.

[4] Restat nunc, ut de Sigismundo aliquid attingamus, contra quem bellum ab Alfonso patre optimo jure coeptum filius persequitur, non de novo suscitatur, ut isti volunt. Quam vero causam belli movendi habuerit Alfonsus, nemo est, qui nescierit, nemo, qui non laudaverit atque probaverit? Testis est omnis Italia, quae cum ad pacem et foedera magno consensu convenerit, Sigismundum a pace et foedere excludi haud injuria passa est, in exemplum aliorum ad posteros derelictum, qui accepta pecunia atque aliis obligati fide pactaque servare condiscerent. Sed quid in re omnibus nota, tibi praesertim pater {343} beatissime, immoramur, qui hac in re, ut in ceteris, regis animum satis

¹ Em.; negent

² Em.; faciundum

abunde perspectum habes? Certe qui huiusmodi controversiam tuo iudicio tuoque arbitratu decidendam commiserit atque committat, ut intelligant mortales omnes regem non ambitione aut cupiditate bellum movisse, sed quo res ablatas, si hoc saltem modo potest, repetat, sin minus, injuriam sibi haud facile inferri posse demonstret. Quid interim ille? Effugit, reformidat, abnegat iudicium sanctitatis tuae, veritatem tuique animi integritatem, ac severitatem sibi conscius extimescens.

[5] Haec cum ita sint, pater beatissime, tuque haec ita esse certo scias, quis dehinc Ferdinandum incuset veluti belli avidum et Italiae pacis disturbatorem? Ac non potius laude et benevolentia exosculetur, qui cum belli justam habeat causam tum contra Genuenses, tum contra Sigismundum, sententiae tamen tuae acquiescat, cupiens in pace et tranquillitate vitam agere, si modo id salva dignitate ac tuto fieri liceat. Haec mandata¹ a Ferdinando, sanctitatis tuae filio habuimus, quae primo quoque tempore, cum facultas daretur, apud sacrosanctum hoc solium publice diceremus, quo tota Italia atque ii maxime, qui pace et foedere cum Ferdinando colligati sunt, plane intelligerent eum pacis amatorem esse, foederum conservatorem, tuaeque sanctitatis vel maxime observatorem.

¹ *em.*; mandatis

16. Oration “*Conditor omnium*” of Juan Margarit, ambassador of Aragón (20 July 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Pius et misericors*” [36].¹

¹ See vol. 7 of the present edition of Pius II’s orations

17. Oration *"Antea maxime pontifex"* of Jean Jouffroy, ambassador of Burgundy (14 August 1459, Mantua)

On 13 August 1459 the embassy of the Duke of Burgundy, led by the Duke of Cleves, to the Congress of Mantua arrived in that city. In his *Commentarii* the pope wrote about the event:

Two cardinals, Latino Orsini and Prospero Colonna, were chosen to go out to meet the duke, and the rest of the Curia joined in paying its respects to the embassy. The duke of Cleves was received with the greatest respect; everyone was full of admiration for the distinguished envoys and their splendid train of noblemen and scholars. The next day Pius presided over a public consistory at which the bishop of Arras delivered an oration. He spoke glowingly of the pope's intention to defend the faith, Philip's zeal, the importance of the embassy, the lineage of his prince, and the history of the Burgundians, both ancient and modern. He explained why Philip had not come to the congress in person and assured the pope that the duke would do everything that could be expected of him in order to defend the Christian religion. The audience gave him their enthusiastic attention; the entire assembly applauded the conviction of the duke.¹

For an analysis of the oration, see Märkl, pp. 109-110.

The extant text is corrupt in a number of places, and it ends rather abruptly and may not be complete.

Manuscripts

- **Besancon / Bibliothèque Municipale**
1516, ff. 51r-58r² (U)
- **Göttingen / Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek**
8 Philos. 88, 101v-113v (T)
- **Salzburg / Stiftsbibliothek Sankt Peter**
b VIII 15, ff. 157r-167r (S)

Editions

The oration has not been published previously.

¹ CO, II, 10-11 (Meserve, II, pp. 41-42)

² Märkl gives the pagination 1r-8r

Literature

Märtl, Claudia: *Kardinal Jean Jouffroy (d. 1473) – Leben und Werk*. Sigmaringen, 1996. (Beiträge zur Geschichte und Quellenkunde des Mittelalters; 18), pp. 108-111, 344

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

The present edition is based on all the three manuscripts listed above.

Pagination after the Salzburg manuscript.

Oratio Joannis Goffridi Atrebatensis Episcopi ad Pium papam secundum habita et pronunciata in celebri conventu Mantuae die XIII Augusti anno 1459¹

[1] {157r} Antea², maxime pontifex, ad illa, quae paras³ tutandae dignitati Christianorum et quae ad tuam laudem sempiternam valebunt, deditus tibi Philippus, dux Burgundiorum⁴, sua sponte ferebatur incensus. Nunc vero tuis litteris magnopere⁵ huc accersitus tuo ductu tuoque numine instructus⁶ flagrat studio ardentiori. Quem enim non eliceret et incitaret expectatio⁷ tuae religionis opinionis et famae, aut quem non inflammaret exemplar, in quo religiosus anhelus pectoris tui ardor agnoscitur, te scilicet nihil agere, nihil cogitare, quod non Christianum nomen collustret⁸; tua negotia negotiis publicis omnium Christianorum non impediri solum, verum etiam prorsus omitti; tuos labores tantummodo in suffragiis⁹ ecclesiae restituendis esse intentos; atque, ut tot populos ad exitum praecipitantes retinere valeas, omnes curas, cogitationes, studia¹⁰ versari. Denique - ut semper Carneades *praesidium pugilis et retentionem*¹¹ *aurigae*¹² - similem facit te¹³ currum Israel et¹⁴ aurigam ejus. Idcirco principes ad hunc conventum Mantuanum vocasse¹⁵, ut contra Turcos¹⁶ aperias iter ad bellum, neque¹⁷ solum secteris, quid in hoc agas, verum etiam qua ratione, consilio¹⁸, viribus, ordine agas.

[2] Etenim, clementissime pater, in quo Christianorum omnium animus alitur, {157v} et in quo cernimus omnia subsidia¹⁹ nostra, totum statum, omnem spem et potentiam²⁰ positam esse atque defixam, tuus nuntius, Franculo²¹ miles et eruditus orator, istic aperuit, quantopere properas refrenare Turcorum audaciam Christianorum virtute, restringere furorem eorum collecto consilio, nostrae delere²² socordiae²³ et discordiae pestem tua pietate insigni. Adeo cum te natura finxit magnanimum et ea²⁴, quam tibi cura²⁵, fides nomenque induit, pietate circumfluentem,

¹ Title: Joannis Joffridi Atrebatensis Episcopi ad Pium Papam secundum oratio habita et pronunciata in celebri conventu Mantuae, die XIII Augusti anno 1459 – Joanne clarissimo et inclyto duce Clevensi, aliis plerisque baronibus oratoribus Illustrissimi Burgundiae et Brabantiae Ducis, Incipit foeliciter U

² Devotio ducis Burgundiae in illum et religionem catholicam in marg. U

³ pacis S, T

⁴ Dux Burgundiorum : Burgundiae dux S, T

⁵ omit. S, T

⁶ instinctus S, T

⁷ Christianae U

⁸ Laus Pii secundi in marg. U

⁹ naufragiis S, T

¹⁰ tua add. U

¹¹ intentionem U

¹² Cicero: *Epistolae ad Atticum*, 351, 3: *nec est melius quicquam quam ut Lucilius: 'sustineas currum, ut bonus saepe agitator, equosque.' semperque Carneades προβολήν pugilis et retentionem aurigae similem facit ἐποχή. inhibito autem remigum motum habet et vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim. (One can't do better than Lucilius, 'Hold in, like a good driver, car and team.' And Carneades is always comparing ἐποχή to a boxer's guard and a driver's holding in. Now inhibito*

of oarsmen involves motion and quite powerful motion too, rowing the boat astern.)

¹³ facit te : facite S

¹⁴ atque S, T

¹⁵ convocasse T

¹⁶ Turch.. et passim S; Turca.. et passim T

¹⁷ utque U

¹⁸ omit. S, T

¹⁹ studia S, T

²⁰ et potentiam omit. S, T

²¹ Franculo S, T

²² nostrae delere : delere nostrae S, T

²³ secordie S

²⁴ eam U

²⁵ curam U

honestissimum ducem te praestisti¹, ad cuius nutum principes regesque Christiani omissa simultate conveniant. Cum vero altitudinem animi, sapientiae altitudinem², animi sapientiam Deus tibi eam aspiret³, ut⁴, quod conceptum segnitie Christianorum periculum parturit, rogatus discutias primum, ut armis comprimas⁵, non est, cur⁶ periculi quidquam suspicemur⁷ te pio auspice, aut cur contentionem ullam extimescamus.

[3] Denique, cum non *velut dormiens in medio mari* – ut Salomon loquitur - *nec quasi⁸ sopitus gubernator clavo amisso⁹*, sed vigilantissimus populorum pastor instituisti Graecorum, qui tamquam de incendio, cuius fusi per orbem et dispersi vagantur, intueri calamitates, Latinorum vero dignitatem tueri, profecto dux noster eas tibi leges obsequii¹⁰, religionis, observantiae refert, quas velut¹¹ generi suo innatas, sacratas sanguine, summa integritate, fide, constantia semper secutus est, quarum nempe¹² rerum excidere¹³ memoriam nefas est. Quid exploratius opera illustrata cunctis historiis, quas stirps principis nostri semper religioni manavit?¹⁴ Heros ille noster, Carolus Magnus, a quo dux ipse non solum Francorum sanguine, sed et Brabantinorum stirpe directo manat, novas {158r} Latinas ecclesias detractis infidelium spoliis triumphisque decoravit. Nonne Robertus Friso et Godefridus, qui cunctos inter principes eminent, bis Jerusalem tuae sedi restituerunt? Ducis quidem nostri majores et – ut¹⁵ quadam¹⁶ oratione alia dixi, sed nimirum dici¹⁷ non potest – tuae auctoritatis adjutus gratia Balduinus, Flandriae comes, imperium contumax et urbem superbam Constantinopolim vi perfregit, victor irrupit (ultima quoque contra paganos expeditio victrix), Odoni, Burgundiae duci, assedit¹⁸, quos satis constat principis nostri esse majores.

[4] Denique quales Plato in suis legibus clarissimas tres hominum species extulit: cultores Dei, honoris amatores, et qui morum venustatem semper dilexerunt¹⁹, tales dux noster suos imitatur majores. Ita namque²⁰ nititur, ne suorum laus sit sibi²¹ culpa, ut cum bellicosissimus²² ipsius genitor, quamquam²³ desertus a sociis, acerba Turcis objecerit funera victoriamque flebiliorem hosti quam sibi permiserit, tum invictissimus Philippus ipse, quotiens²⁴ Eugenius, Nicolaus, Calixtus pontifices admonuerunt²⁵, certe ocius rem familiarem semper deseruit quam tuae sedis auctoritatem. Nam illa, in quibus nullis pepercit²⁶ impensis, nullas vitavit inimicitias, nullum discrimen pro tua dignitate propugnanda, pro Constantinopolis (cum Eugenio) defensione²⁷ Rhodiis periclitantibus, misso praesidio, navibus et triremibus ab extremis oceani ad litus Ponticum trans mare missis²⁸,

¹ Optat illi foelicia in marg. U

² altitudini S, T

³ aspiciet S

⁴ et S

⁵ primas S, T

⁶ ut U

⁷ suspicetur T

⁸ omit. U

⁹ Proverbs, 23, 34: *Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo* (And thou shalt be as one

sleeping in the midst of the sea, and as a pilot fast asleep, when the stern is lost)

⁹ omit. U

¹⁰ obsequi U

¹¹ omit. U

¹² enim S, T

¹³ omit. T

¹⁴ Laus Philippi ex primogenitoribus in marg. U

¹⁵ et U

¹⁶ quod S, T

¹⁷ dixi U

¹⁸ accedit U

¹⁹ dilexerint S, T

²⁰ numquam S; inquam T

²¹ tibi S, T

²² bellicosissimis U

²³ numquam S; quia U

²⁴ quoties et passim T

²⁵ Laus a religione in marg. U

²⁶ compar sit S, T

²⁷ defensionem U

²⁸ missus U

commemorare, quid refert. Cum haec etsi¹ magna sint² (ut certe³ magna sunt), nescio tamen⁴, quomodo ad pristinos principis ipsius ardores praesentia tempora uberiores flammās excitare videntur, quid ita profecto, quia principi bono⁵ religio insita semper augescit, et quasi alea jacta sit in rebus nostris, periculi gravitas {158v} incitatum jam animum bonum tamquam acrioris procellae flatus vehementer accendit.

[5] Etenim, beatissime pater, censet dux noster⁶, multarum magnarumque⁷ rerum expertus⁸, in hoc Mantuano conventu omnem spem Christianorum aut excitari⁹ aut interire. Cernit hic Christianos principes jactari singulos et universos. Intuetur hic palaestrae Christianae fructum et gloriam, hic regum Christianorum¹⁰ nomen magnum versari, hic¹¹ expectationem et vires et robur populorum pendere, hic equitatum et peditatum et naves et opes et omnes copias et quasi civitatem unam omnium¹² Christianorum aut incussuram timorem Turcis aut irridendam. Quamquam¹³ igitur incitatio animi tui, beatissime pater¹⁴, praeclara est atque divina, periculose tamen opus aleae jactas¹⁵ et rem magni consilii¹⁶ magnaeque¹⁷ cautionis (aut enim fortiter resistendum est hosti, aut quiescendum), et tibi capienda nunc sunt consilia, quibus vel Turco a nobis sit¹⁸ serviendum, vel per manus retinenda libertas,¹⁹ templa, religio, Christianisque universis, aut nunc te duce audendum, aut deinceps omnia singulis nobis sunt patienda. Campus namque²⁰ patet, hostis paratus est atque in armis, et nos in metu. Et quid²¹ absurdius²² quam hostem metuere, in metu non ponere, quod²³ si quispiam censet utendum prorogationi diei²⁴? Quid hoc aliud est quam ipsis Turcis arma porrigere?

[6] Si vero - quod Christus optimus maximus²⁵ avertat – tui sacri conatus in hoc conventu incassum cadent, nonne hoc palam fiet Christianos deinceps a Turco libere laedi, et nostrorum quidem principum contionem celebrem te auctore fuisse, sed eos partim²⁶ negligere, partim²⁷ ulcisci non posse, aut non audere? Nostrum quidem principem, ardore fervido totiens²⁸ expeditionem, quam nunc moliris²⁹, {159r} desiderantem maxime angit omnis cunctatio³⁰ moraue prolixior. Nam cum³¹ sibi accrescat³² aetas, quam valetudo facile sequitur, cum differendo trahendoque diem ex die sibi videtur calamitas Christianorum habitura etiam vetustatem, et quidem rem, quam adorsus es, ad multiplicem rationem conjecturamque revocavit. Atque, nisi reges et principes primum componas invicem, te quidquam in hoc conventu firmum et stabile assequi posse diffisus est.

¹ et U
² sunt S, T
³ ut certe : incerte U
⁴ tum U
⁵ bona U
⁶ idem U
⁷ magnarum S, T
⁸ peritus S, T
⁹ excitare S
¹⁰ nostrorum U
¹¹ tum U
¹² omnem T

¹³ quamque U
¹⁴ beatissime pater : pater
beatissime S, T
¹⁵ aleae jactas *omit.* U
¹⁶ concilii S
¹⁷ multaeque S; multe T
¹⁸ a nobis sit : sit a nobis T
¹⁹ Res bellica quodomodo agatur
in marg. U
²⁰ nempe S, T
²¹ hoc *add.* S, T

²² acerbius U
²³ quid U
²⁴ dici U
²⁵ Christus optimus maximus :
optimus maximus Christus S, U
²⁶ partem S, T
²⁷ negligere partim *omit.* S, T
²⁸ toties T, U
²⁹ moliri U
³⁰ contractio S, T
³¹ cura S, T
³² accrescit T

[7] Multa itaque¹ ipsum dehortabantur² ad te venire vel mittere, nisi³ superasset cuncta religio: totiens⁴ scilicet ab ipso ad reliquos principes ad hanc expeditionem eliciendos⁵ missae legationes (quibus tanta assiduitate, diligentia, et altissimo sumpto videt nihil esse perfectum), sui ipsius praeterea per Ratisponensem profectionem labores habiti frustra, et nunc adventus aliorum ad te⁶ principum nulla vox⁷ ⁸, sibique rerum novarum motus objecti, quae tamen omnia sprete sunt altitudine animi, religionis repulsa viribus. Nam ut primum tuae litterae ei⁹ redditae sunt, quae¹⁰ concreparent¹¹ hoc Deborahae canticum: *Maledicite habitatoribus*¹² *Israel, qui non veniunt in auxilium Dei et in adiutorium fortissimorum*¹³ *ejus*,¹⁴ hoc sacrum carmen¹⁵ cuncta discussit ducemque nostrum¹⁶, ut ad te veniret, impulit, quamquam vis¹⁷ rerum temporumque conditio¹⁸ hanc facultatem ei¹⁹ extorsit.

[8] Verum tu illum aspice contra, qui venit. Nam veluti apud Homerum divus Nestor²⁰, senex et alioquin districtus, excitavit Ajacem Citum et Pilei²¹ filium, en quid par erat²² pro praestantissimo principe princeps Clivensis, qui vidit pugnas hominumque caedes, qui oblectavit²³ proelio Martem: pro duce maximo {159v} magnanimus dux²⁴ in contionem tuam processit. Dux quidem, Franciae regibus editus, Othonia²⁵ productus stirpe, nostroque principi filius pietate, sobrinus nativo²⁶ foedere frater, qui a Frisionibus usque et Eburonibus²⁷ omnium principum primus ad edictum tuum processit, dux, qui victoris multorum principum patris invictus filius elucet, hostium victor, multitudo, viribus, armis terribilior²⁸ cuique regi, qui nunc²⁹, ut domestica dignitas et certaminum sacrorum vetus auctoritas ab ipso retineretur³⁰, ad frequentiam indictam³¹ a³² te processit.

[9] Etenim, beatissime pater, veteris illius³³ contra Saladinum³⁴ certaminis³⁵ fulgore nobilitatur Clivensis genus et princeps iste³⁶, idcirco gestat torquem, quam vides, quod Plato *De legibus*, libro undecimo jubet eos, qui rem militarem bene gesserint³⁷, donari torque sive corona ex semper virentis arboris ramo contorta³⁸, ut sit testimonium virtutis diuturnum³⁹; idcirco⁴⁰ quod ut⁴¹ in libris⁴² Esdrae – ut⁴³ legimus – aurea torques extollit ornatque viros; idcirco vero⁴⁴ sacri velleris et Gedeonis insigne, ut pro religione tutanda et velit et audeat. Illustris namque mos, quem fuisse Lacedaemoniorum morem Thucydides auctor est, in hac aurei velleris torque coruscat, nam

¹ multa itaque : multaue U

² dehortantur U

³ ni S

⁴ toties et passim T

⁵ adliciendos U

⁶ ad te omit. S, T

⁷ nox T

⁸ nulla vox : vox nulla U

⁹ tuae litterae ei : ei tuae litterae U

¹⁰ quasi S, T

¹¹ concreparet S, T

¹² habitacionibus U

¹³ fortiorum U

¹⁴ Judges, 5, 23

¹⁵ carmine U

¹⁶ ipsum U

¹⁷ quamquam vis : quamvis T

¹⁸ temporumque conditio :
conditio temporum S; conditio
temporis U

¹⁹ facultatem ei : ei facultatem
S; rei facultatem U

²⁰ noster U

²¹ Filei S; Phileum U

²² pareant U

²³ qui oblectavit omit. U

²⁴ omit. S, T

²⁵ Othona U

²⁶ nativa S; natus U

²⁷ Eburonibus U

²⁸ em.; terribilium codd.

²⁹ omit. S, T

³⁰ retinetur U

³¹ inductam U

³² ad T

³³ qui U

³⁴ Saladinum S; Sabadinum U

³⁵ certa mens S

³⁶ ipse U

³⁷ gesserunt U

³⁸ concerta S

³⁹ diurnum S, T

⁴⁰ auream add. U

⁴¹ omit. S, T

⁴² litteris S, T

⁴³ omit. U

⁴⁴ omit. U

degestantibus¹ illam periculum factum sit²: oportet eos nec locum³ nec ordinem belli⁴ deseruisse. Illustres item Romanorum veterum⁵ leges hic renascuntur⁶, quibus fuga ex proelio est omni morte deterior. Quam enim legem Plato⁷ constituit, Philippus noster, natus in theatro virtutum, nunc renovavit, ut indignus ista aurea torque quisquis existat, qui dum ab inimicis deprehenditur, non se defendit {160r} versus ad eos, sed⁸ arma forte sponte dimiserit atque abjecerit turpemque vitam velocitate acquirere maluerit, quam fortiter atque feliciter mori.

[10] Atque, Hercle, hic ipsa aurea torque ornatur Johannes de Croÿ, dominus de Chimay atque baro illustris, nostro quidem principi⁹ ducibusque multis sanguinis necessitate¹⁰ junctus, fulgens generosa¹¹ stirpis¹² nobilitate, florente facultate¹³. Nam cum ejus familia praecipua multarum laude¹⁴ virtutum¹⁵, tum¹⁶ donis¹⁷ semper floruerit¹⁸, tum¹⁹ nobilitatem illam a majoribus suis semper expressit, ut inter Morinos et²⁰ Sutros et Ambianos²¹ nemo arrogaverit sibi, ut²² supra familiam de Croy et de Renti fuerit antiquitatis luce praestantior, nemo in hostes principis sui acrior vel promptior, nemo²³ - etiam si ab inferis revocaretur Achilles - magis exhorruit simulationem, versutiam, calliditatem, aut fuerit semper ab omni fraude remotior veritatisque nudae²⁴ conjunctor.

[11] Quibus rebus nobilitatis²⁵ profecto²⁶ fons continetur. Hic certe, hic²⁷ multis proeliis multas falanges hostium fregit. Hujus ex genere genus clarissimum de Sentilles²⁸ in Hispaniam propagatum inter celtiberos illustres radices egit. Hinc²⁹ per Gallias atque Germaniam semper³⁰ illustres sparsae familiae illaqueantur. Hunc secures dignitatis insignia et potestatis - Romanis olim delatae consulibus - distinguunt insignibus atque ornatu armorum. Nam non latet in tenebris nec³¹ est abditum, sed in luce positum Jerosolomitanae historiae, quantum laboris et roboris sub Godefrido tulerit Guido de Renti, doctus pugnando se jure securibus. Succedit baro clarissimus inter Cimbricam eminens gentem, Joannes de Ghines³², dominus oppidi de Bergues³³, magni et natura muniti, {160v} vi, potentia, opibus eminens, qui velut³⁴ Marius³⁵ templum honoris atque virtutis in seipso construxit³⁶.

[12] Accedit velut Phoenix Homericus huic illustrissimo duci gravissimae auctoritatis torquatus³⁷ miles, Simon de Lalaing³⁸, verbo prudens et eloquens, si consilium agis, si vero proelium, gravis armorum vibrator et qui oppidis vel³⁹ expugnandis vel propugnandis⁴⁰ leonis animum saepius⁴¹ extulit. Mittitur insuper ad te legatus Antonius de Rochebaron, inter Alvernos miles primarius, qui

¹ gestantibus *corr. ex*

degestantibus U

² sic S

³ nec locum *omit.* U

⁴ ordinem belli : belli ordinem U

⁵ veteres S, T

⁶ innascuntur U

⁷ legem Plato : Plato legem S, T

⁸ *em.*; si codd.

⁹ *omit.* U

¹⁰ necessitudine S, U

¹¹ generoso S

¹² stirpe S, T

¹³ florente facultate *omit.* S, T

¹⁴ *omit.* S, T

¹⁵ virtutem S

¹⁶ *omit.* T, U

¹⁷ *omit.* S, U

¹⁸ floruit U

¹⁹ cum U

²⁰ *omit.* U

²¹ Arabiacios S; Arabranos T

²² quod U

²³ nemo in ... nemo *omit.* U

²⁴ *omit.* T

²⁵ nobilitatisque S

²⁶ perfectius S, U

²⁷ *omit.* T

²⁸ Scintillis U

²⁹ huic U

³⁰ *omit.* U

³¹ aut S, T

³² Ghinis U

³³ Berggues U

³⁴ velit S

³⁵ in armis U

³⁶ constrinxit S, T

³⁷ *omit.* S, T

³⁸ Lalam S, T

³⁹ *omit.* S, T

⁴⁰ vel propugnandis *omit.* U

⁴¹ saepe U

ex stirpe baronum nobilitatis insigne praefert agnomen¹, cui dux noster naturalem sororem conjugem tribuit, quod multis in proeliis promptum et paratum obeundis periculis animum atque virtutem certam² per se probaverit. Denique Petrus de Soux, miles ornatus legum peritia, eminens armis et - quod Homerus Ulixi tribuit - multi pectoris vir³, multique consilii. Quibus et Antonius Ancron, multarum artium doctus et peracutus orator, et Ferritus de⁴ Clugny⁵, juris utriusque doctor, et ego ipse jungimur ut sacerdotes. Quid ita profecto, - ut quid Cicero Laudat - Persarum regibus fuisse juris et moris. Tu, beatissime pater, cernas⁶ religiosissimum principem nostrum disciplinam sectari, ut ne religionis decora defluant neve ecclesiarum jura⁷ laedentur⁸, omnibus consiliis suis, omnibus actibus publicis episcopi sacerdotesque⁹ aut intersint aut praesint. Et ne te¹⁰ diutius demorer, omnes hi venerunt ad te, servient tibi, *princepsque* - ut Isaias loquitur - *quae sunt digna*¹¹ *principe, cogitabit.*¹²

[13] Impone igitur celeritatem tardantibus, imbecilibus aspira vires. Nam certamen quidem adversum Turcos {161r} quasi adversus incendium publicum, adversus totius orbis archipiratam¹³ peraeque omnibus commune est¹⁴, ubi de sua quisque dignitate, opibus, libertate, patria non minus quam de religione roboramus¹⁵, omnesque populos et principes Christianos, si modo Christiani sunt¹⁶, manet pugnandi necessitas, etiam si fugitent et communes¹⁷ item calamitates, communem opem atque consilium commune flagitant.

[14] **Quapropter, beatissime pater, operae pretium¹⁸ arbitror ostendere primum te divinitus afflatum, non temere¹⁹ progressum, quod²⁰ Mantuanam contionem istam instituisti, secundo te adoriri bellum ita grave et anceps, ut non contemnas, tertio tibi spem talem²¹ porrigi²², ut minime timeas.**

[15] **Primum** itaque, etsi non defuerunt²³ in sacris historiis, qui semper allatrarent²⁴ consilia Moysi, neque nunc desunt – velut in libris²⁵ Paralipomenon legimus – qui dehortantur proficiscentes in Jerusalem atque irrident, quaeso, quid non divinum habent²⁶ tui sacri²⁷ 28 conatus? Voxne ista est²⁹ Ezechielis: *si speculator viderit gladium venientem et non insonuerit buccina, et populus non se*³⁰ *custodierit, veneritque gladius et tulerit de his animam, sanguinem ejus de manu*³¹ *speculatoris*³² *requiram.*³³ Quando³⁴ igitur Turcus omnibus Christianis jam intulit bellum apertum, continuo incumbit armis, ipsius³⁵ feritas exterret omnia, nec³⁶ parcat³⁷ caedibus, cruore non satiatur, exultat

¹ et nomen U

² citam S, T

³ omit. U

⁴ omit. U

⁵ Dugni S

⁶ cernis S

⁷ em.; utque add. S, T; usque add. U

⁸ laudantur S, T

⁹ sacerdotes S, T

¹⁰ omit. U

¹¹ digno S

¹² Isaias, 32, 8

¹³ archipiratum S

¹⁴ commune est : communem T

¹⁵ laboramus U

¹⁶ sint U

¹⁷ omnes U

¹⁸ operae pretium : opem U

¹⁹ timere U

²⁰ -que U

²¹ tibi spem talem : talem tibi

spem U

²² porrigere U

²³ defuerint S, T

²⁴ alterarent U

²⁵ libro T

²⁶ sunt U

²⁷ omit. T

²⁸ tui sacri : sacri tui U

²⁹ ista est : est ista T

³⁰ non se : se non U

³¹ ejus de manu : de manu eius U

³² omit. U

³³ Ezechiel, 33, 6

³⁴ cum U

³⁵ omit. U

³⁶ ne U

³⁷ pereant U

super Christianorum corporum¹ strages, nobisque quotidie – sicut Job contigit – alius super alium nuntius² advolat recentis cladis, numquid tibi stertendum fuit aut connivendum?

[16] Siquidem nondum exhaustus est sermo {161v} divinus et Salomonis prudenter³ emissae voces, quibus asserit dissipari⁴ cogitationes, ubi non est consilium, ubi nec⁵ consilarii plurimi sunt⁶ confirmati⁷. Nihil felicius instituto a te conventu⁸, nihil advocazione ista⁹ principum et populorum prudentius, qua potes tantas ruinas tum¹⁰ sacerdotum¹¹ religione, tum¹² clementia tua¹³, tum¹⁴ principum potestate¹⁵ fulcire¹⁶. Quapropter, beatissime pater, incumbere¹⁷ per te¹⁸ coeptis et contemne¹⁹ malignos²⁰ homines quosdam, quos audio subsannare diligentiam principis nostri, qui²¹ ad te primus omnium misit, qui abs te omnium distantissimus est. Tua quidem consilia carpunt et admordent²². Vellicant homines insolentes, qui disputant te propere nimis istum conventum instituisse²³. Dicunt primitus reges consuli, deinde²⁴ consilio eorum differri vel indici conventum. O praeclaros homines, qui habent²⁵ questui semper²⁶ maledicere melioribus, qui homines item sunt, qui²⁷ vel nihil, vel quibus nihil est curae, quorum aures surdae non audiunt divini classici omnes ad proelium vocantis instinctum²⁸, quibus animus aut ita mollis, ita²⁹ piger, aut ita contumax³⁰, ut pulchrum ducant³¹ vel non venire ad te, Christi vicarium, vel³² tam solute venire, tam cunctanter, tam oscitanter, quos dormitantes totius Graeciae fragor et vociferatio tot direptarum a Turcis provinciarum et insularum non excitat. Equidem - ut latratibus eorum respondeam - video, beatissime pater, totas in consilio motuque animi tui collucere virtutes, nec satis scio, quam nos in te virtutem proinde miremur³³ insignius.

[17] An enim religioni tuae palmam statuere oportet, qua tamquam Abias³⁴ rex, qua³⁵ Jeroboam {162r} et octingenta millia pugnatorum ad sacerdotum orationes confugisti. Ut Theodosius, circa³⁶ quem tela hostium vana ceciderunt, orationibus sacris venti concitati³⁷ vicerunt, tu ad plena sancto³⁸ spiritu pectora sollicitudines publicas metumque³⁹ rejecisti. Tamquam⁴⁰ Zacharias⁴¹ spiritum in te divinum observasti. Velut Carolus Magnus iussisti in primis cantores et sacerdotes circuire templa, reddere vota. Denique tamquam rex Josaphat et velut Godefridus initurus⁴² illas memorabiles Niciae⁴³, Antiochiae, Ramatis pugnas nihil⁴⁴ audebant, nisi primum semper effusis precibus publicis⁴⁵

¹ corpora T

² incitat U

³ omit. U

⁴ asserit dissipari : dissipari

asserit T

⁵ vero U

⁶ possunt U

⁷ confirmari T, U

⁸ instituto a te conventu : a te

conventu instituto U

⁹ omit. S, T

¹⁰ omit. S, T

¹¹ sacerdotali S, T

¹² tua S, T

¹³ mit. S, T

¹⁴ omit. S, T

¹⁵ felicitate S, T

¹⁶ fulciri T

¹⁷ omit. U

¹⁸ omit. S, T

¹⁹ contempno S; continere U

²⁰ maligno S

²¹ quod S, T

²² et admordent : mordent U

²³ docuisseque add. U

²⁴ demum U

²⁵ super sunt U

²⁶ omit. U

²⁷ omit. T, U

²⁸ instructum U

²⁹ omit. S, T

³⁰ continax U

³¹ dicant U

³² vel ... vel : aut ... aut U

³³ meremur S, T

³⁴ Abitis S, T

³⁵ contra S, T

³⁶ cura S

³⁷ concitari S, T

³⁸ sacro S, T

³⁹ metusque S, T

⁴⁰ a add. S

⁴¹ Azarias U

⁴² inituras S

⁴³ Mirheae U

⁴⁴ non U

⁴⁵ precibus publicis : publicis

precibus S, T

atque consulto Deo, sic tu, summus tutor religionis et sacrorum antistes, Kalendis Juniis supplicationes et letanias instituisti, ut dux Christianorum Christus exurgat.

[18] [Non]¹ religionem tantum mirari me puta². Ego³ miror animum, stupeo⁴ fortitudinem, qua te⁵ tam praeclare constituiti⁶, ut illam nec illatum⁷ tibi bellum discluserit, nec⁸ fregerit magnitudo atque terror Turcorum, nec orta post⁹ tuam sacram profectionem inter principes Alamaniae similtas ulla ex parte restrinxerit¹⁰, quoniam¹¹ robur animi tui, qui - spectata mora, cunctatione, dilatione eorum, quos vocabas - in aliis recideret, in te quasi¹² reserveret, tuque velut adamas et invicta columna¹³ perseveraveris, perseverando excitaveris principes, reges instruxeris¹⁴. Etenim quod apud omnes valere¹⁵ debet¹⁶ pudoris et indignitatis causa, quid est hoc? Tu princeps pacis et bellum excitas. Qua¹⁷ igitur fronte non efferentur aestu quodam¹⁸ bellandi milites, reges, imperatores nati ad bella?

[19] {162v} Tu Aeneas natura, Pius et nomine, ferrum¹⁹ praeparas, fatum et mortem hostibus Dei. Numquid milites gladio cincti et inter arma cruore²⁰ rorantia²¹ nutriti²² marcebunt²³ otio²⁴? Tu viribus corporis debilitatus cum infirmaris - ut Paulus apostolus - fortior emines²⁵. Numquid tantum dedecoris robusti nobiles haurient tradentque suae posteritati, ut tam eximia decora militiae negligant neque te ducem sequantur? Deus profecto²⁶, Deus te, pater beatissime²⁷, fortem, et dignum, et pium ducem²⁸, quo pariter²⁹ omnes animarentur, immisit³⁰. Verum an prudentiam supra³¹ virtutes tuas venerabimur in te.

[20] Siquidem praeteritorum memoria et exempla quaeruntur, apud Homerum Jupiter magna adorsus contionem deorum facit. Apud prophetam, *Deus stetit in synagoga deorum* quoties - ut Jeronimus interpretatur - summus sacerdos arduae rei a sacerdotibus consilium arduum poscit. Et sicut gloriosus Hector Trojanorum coetum vocavit, Salomon ille fuit et Osias, quos non poenitebat in rebus magnis omnem Israel et maiores natu vocare³², et sicut³³ Nestoris consilium ad Ulixem est asperis temporibus elicere ex civitatibus amicorum fortissimum atque optimum quemque, sic Joaida³⁴ pontifex accersivit³⁵ centuriones et principes familiarum³⁶ et³⁷ cum³⁸ illis³⁹ consilium iniit⁴⁰ et foedus instituit. Si vero salus praesentium desideratur, quid praestantius aut salubrius⁴¹ afflictis rebus instituto sacerdotum conventu, contione⁴² principum et populorum. Ista frequentia, qua quantum animi, virium⁴³, religionis quisque possideat, nunc declaratur. Et cum exploraveris animos⁴⁴

¹ *em.*; *omit.* codd.

² *em.*; *putas* codd.

³ *ergo* S, T

⁴ *scripto* S

⁵ *tibi* S, T

⁶ *constitisti* S, T

⁷ *oblatum* S, T

⁸ *aut* U

⁹ *prius* U

¹⁰ *restruxerunt* S; *restrinxerint* T

¹¹ *quin* S, T

¹² *qui* U

¹³ *calumpna* S

¹⁴ *instinxeris* U

¹⁵ *vale* U

¹⁶ *dent* U

¹⁷ *qui* U

¹⁸ *quondam* S; *quod* U

¹⁹ *et add.* S, T

²⁰ *omit.* S, T

²¹ *rorama add.* S; *omit.* T

²² *nutrit* S

²³ *macerbunt* S

²⁴ *odis* S; *odio* T

²⁵ *eminens* S, T

²⁶ *Deus profecto omit.* U

²⁷ *pater beatissime : Deus* U

²⁸ *sequantur add.* S, T

²⁹ *omit.* U

³⁰ *emisit* U

³¹ *super* S

³² *et sicut gloriosus ... vocare*

omit. S, T

³³ *omit.* S, T

³⁴ *Joaiada* S

³⁵ *accersunt* U

³⁶ *familiares* T

³⁷ *omit.* U

³⁸ *anno* S, T

³⁹ *illo* U

⁴⁰ *ivit* S, T

⁴¹ *salutarius* S, T

⁴² *contionem* U

⁴³ *iurium* T

⁴⁴ *annos* S, T

regum conditionem temporum, ducum solertiam, tu, pater omnium, aperta¹ magnitudine rerum timorem, timore disciplinam, disciplina virtutem, virtute victoriam praeparas, atque ut trium rerum, quas rex² Archidamus³ Lacedaemoniis⁴ persuadebat, Christiani {163r} principes rationem habeant⁵ virium, concordiae, celeritatis⁶. Denique, si spes futurorum spectatur, nonne homines et principes exequentur promptius, quae⁷ consuluerunt. Et cum magnanimos viros invicem concordi consilio et illo - quod sacrificiis omnibus misceri lex praecipit - sapientiae sale resparseris, tanto animosius aggredientur, quanto existimabunt condita prudentius⁸.

[21] Nunc superest, beatissime pater, ut illud efficias⁹, quod usu et lectione historiarum moderati homines et temperati solent, ne¹⁰ animum temere erigas, neve nisi¹¹ consilio maturo, ut facis¹², bellum tam grave et tam vehemens adoriaris. Etenim - auctore Livio - saepe contemptus hostis cruentum certamen edidit, et illum P. Africanum scis non propere¹³ illos duos terrores Romani imperii, Carthaginem atque Numantiam, aggressum, sed collectis¹⁴ viribus, digesto consilio¹⁵. Fatebor nempe - quod sacra lex extulit - magnum illuxisse divinae virtutis exemplum in Aza Aethiopiae¹⁶, quem decies centena millia hominum trahentem admodum pauci¹⁷ vicerunt. Scio illud¹⁸ saepius esse¹⁹ compertum victoriam de caelo esse nullamque²⁰ fore²¹ apud Deum distantiam utrum²² in paucis an in multis auxilietur. Sed tamen²³, si Simeon²⁴ laudatur non temere irruere in hostes, et Josuae²⁵ male²⁶ monetur²⁷ insidias struere hostemque ferire dolis²⁸ et viribus, si²⁹ David circuitu et astutia docetur vincere hostes, si populus Israel jubetur docere filios arcum tendere³⁰ nec proficisci scuto rejecto, opus est viribus, opus consilio multorum principum, opus milite³¹, qui³² fidem fluxam non gerat³³, opus equitibus peditibusque doctis contendere³⁴ bello, ducibus optimis.

[22] Quis enim tam lucens³⁵ est, qui solus in tantis tenebris {163v} nusquam³⁶ offendat, in tantis tenebris³⁷ nusquam incurrat. Fatendum namque³⁸ est, beatissime³⁹ pater, te instaurare non rem facilem et explicatam, sed apparatus belli⁴⁰ adversus⁴¹ Turcos tam necessari⁴², ut vitari non possit, tam periculosi, ut anceps et difficilis et lubrica ipsius ratio prioribus comperta temporibus, quanta sit ejus vis, et quantum pondus ostendat. Numquid ergo sine⁴³ multorum principum ope⁴⁴, consilio, tu copias hostium solus aggredi⁴⁵ potes aut debes? Numquid ipsum frenare solus aliquis rex aut princeps poterit unus et coercere, quo cum per tot annos tot imperatores, duces et reges acceptis cladibus bella⁴⁶ gesserunt? Siquidem Sigismundus, tot regnorum rex et imperator, cum Turcis

¹ apta U

² omit. S, T

³ Archianus S, T

⁴ Laudemonius S, T

⁵ vanis aut U

⁶ sceleritatis S

⁷ qui U

⁸ prudentia U

⁹ officias S

¹⁰ nec T

¹¹ sine S

¹² facias U

¹³ propter U

¹⁴ collatis U

¹⁵ concilio S

¹⁶ Aethiope U

¹⁷ admodum pauci : pauci

admodum U

¹⁸ id U

¹⁹ omit. U [blank space]

²⁰ nullam U

²¹ esse U

²² verum S, T

²³ tum U

²⁴ Simon U

²⁵ Jesus S, T

²⁶ vane S; nave T

²⁷ movetur S; molitur T

²⁸ dolo U

²⁹ et S, T

³⁰ omit. S, U

³¹ militie T

³² quae T

³³ gerit U

³⁴ confedere S; providere T

³⁵ linceus T, U

³⁶ viisque S, T

³⁷ in tantis tenebris omit. S, T

³⁸ nempe S, T

³⁹ sed licet S, T

⁴⁰ omit. U

⁴¹ adversus S, T

⁴² omit. U [blank space]

⁴³ sum U

⁴⁴ illeg. add. U

⁴⁵ solus aggredi : aggredi solus S, T

⁴⁶ bellum S, T

cominus aliquando pugnavit. Illustrissimus dux et genitor principis nostri, Johannes, et se et supra¹ quinque millia virorum nobilium telis Turcorum et dimicationi² capitis obtulit³. Nobilissimus ille Wentislaus, rex Poloniae, sese ad mortem Turcis objecit plurimis proeliis. Johannes vaivoda Turcum repressum⁴, numquam oppressum reliquit. Mitto, quot arces Turcus jam⁵ ⁶ occupat, quibus velut emulsa et effracta Janua, et Pannonia, et Illyrici⁷ hostibus patent. Praetereo terram, quam tuus exercitus immigrabit⁸ undique fore hostilem. Taceo, quae contingere in bello poterunt, oppugnationes⁹ oppidorum, in quibus cujuslibet unius regis et principis opes et copiae diuturnitate¹⁰ obsidionis¹¹ consumerentur¹² ¹³.

[23] Igitur, si nervos bellorum - ut Cicero loquitur - pecunia flagitant, si profundissimos sumptus, commeatus inexplicabiles, infinita impedimenta, desiderant profecto, ut suppetias ferrent, cum omnes {164r} id debeant, ad contionem¹⁴ hanc omnes Christianos populos evocavisse, justitiae opem a principibus postulavisse, quando id possunt discretionis, non Formionis¹⁵ ad ducem Poenorum deliramenta sectari, sed ab his principibus, qui per pulverem Martis contriverunt aetates¹⁶, consilia in rebus bellicis quaerere divinae cujusdam prudentiae¹⁷ et admirabilis fuit. Sed¹⁸ quorsum haec, nisi ut¹⁹ rem tantam adoriaris non tam audacter quam parate, neque enim animus est suadere, ut quamquam²⁰ cautione tibi sit opus, secors natura negligensque tibi²¹ assurgat. Nam equidem, si te referas ad ortus²² tuae auctoritatis, video²³ fore²⁴, ut²⁵ in²⁶ quibus rebus, quas²⁷ alii²⁸ maxime²⁹ timent³⁰, animus tibi augescat negotii magnitudine.

[24] Et quia terrae et maria, quae hostes tenent, tibi aggredienda sunt, et componendi³¹ tot fluctus Christianorum, nempe si rigorem³² apostolorum³³ exerces, quorum fidem tenes et sedem³⁴ duodecim apostoli fuerunt, et *in omnem terram exivit sonus eorum*.³⁵ Pauperes erant, nudi, inermes, et sola fide vicerunt, at quos vicerunt? Numquid³⁶ Getas solos, a quibus ista lex Turcorum erupit³⁷? An ne mundi totius dominos, reges, imperatores? Quousque igitur ignorabimus catholicae fidei vires? An nobis effluxit ea sententia, qua - si fidem³⁸ habuerimus pusillam ad³⁹ instar pusilli grani - scimus Christi triumphantis voce etiam montes a nobis posse⁴⁰ transferri. Vis, beatissime pater, libemus tantisper historias sacras, quibus trophaea trophaeis cumulantur, triumphis obviant.

¹ super U

² dimicatione S, T

³ contulit S

⁴ impressum S, T

⁵ omit. U

⁶ Turcus jam : jam Turcus S

⁷ Illiricissimis S; Illiricismus U

⁸ immigrabat S, T

⁹ expugnationes S, U

¹⁰ diuturnitas U

¹¹ obsessionis S, T

¹² consumentur U

¹³ haec add. S, T; ~~haec~~ add. U

¹⁴ cognitionem U

¹⁵ formidationis U

¹⁶ aetatem U

¹⁷ providentiae U

¹⁸ quod si U

¹⁹ nisi ut : nunc U

²⁰ quisquam U

²¹ sibi U

²² ortum U

²³ vidis U

²⁴ forte S, T

²⁵ omit. U

²⁶ omit. S, T

²⁷ em.; omit. S, T; quam U

²⁸ omit. U

²⁹ maximo U

³⁰ timetur U

³¹ componenda S

³² vigorem S, T

³³ ipsorum U

³⁴ *textus corruptus?*

³⁵ Romans, 10, 18

³⁶ numquam U

³⁷ erumpit U

³⁸ si fidem : fidem si S, T

³⁹ et add. S, T

⁴⁰ omit. U

[25] Eadem profecto fides nostra est, quae fuit Abrahae, cujus vigore¹ adjutus cum trecentis decem et octo vernaculis quinque regum victriciumque² turmarum³ robur⁴ subegit. Ultus est⁵, proximum triumphum {164v} retulit. Eadem est fides nostra, quae mare rubrum duce Moysi scidit, quae Jesum nave solis statorem effecit, quae⁶ hostes, quos⁷ innumerabilis⁸ exercitus vincere non poterat, septem tubarum sacerdotalium sono prostravit. Eadem fides nostra⁹ est, qua Gedeon armatus cum trecentis viris fudit innumerabiles Madianitas, et quae¹⁰ capillum Samsonis ad robur illud¹¹ obstupendum¹² erexit. Extimare¹³ se, non numerare¹⁴ didicerant¹⁵ Machabaei, quorum tria millia prostrarunt et obtriverunt¹⁶ quadraginta octo millia in medio campi. Speculum nobis proponitur Jonatae adolescentis, cujus triumphos sola fides, quam sequimur, peperit. Et quid aliud nisi fides Eleazarum inflammavit¹⁷ solum irruere in hostes, elephantem sternere, regem terrere¹⁸? Quid multa? Nonne fide¹⁹ armatus Daniel inter ora leonum hilaris²⁰ exultabatur²¹? Nonne fide armamentati tres pueri in²² flammas ignis restrinxerunt²³? Numquid *manus domini abbreviata est*?²⁴

[26] Tres sunt res²⁵, beatissime pater²⁶, quantum ego existimare possum, quae²⁷ nobis obstant et nos repentino pavore²⁸ deterrent: Constantinopolitanae ruinae fragor sive inveterata Graecorum servitus. Immanis deinde²⁹ natura³⁰ Turci, et³¹ potentia³² et audacia ferox. Tertio, profligatus Christianorum animus perniciem dissensionum, quibus profecto mederi, ut³³ possis³⁴, tuorum nervorum est³⁵, ut vero velis, tui³⁶ est muneris, qui sceptro primus es tuique nominis.

[27] Quid enim primum est, quod³⁷ perhorrescas Constantinopolim nobis ereptam, quae³⁸ frequenti captivitate jam tritum collum habebat et frequentibus irruptionibus collum obduxerat. Bello nempe³⁹ Atheniensium – ut Ammianus scribit⁴⁰ – Byzantium, quae Constantinopolis dicitur, Brasidas⁴¹ irrupit. Brasidae progeniem Thraces et⁴² {165r} Athenienses extrudere⁴³. Atheniensium et Byzantium⁴⁴ Romani potiti sunt. Romanis imperans Constantinus Constantinopoli solium⁴⁵ fixit. Constantini stirpem et urbem Athanaricus⁴⁶, rex Gothorum⁴⁷, vicit. Gothos e⁴⁸ Constantinopoli, Balduinus, Flandriae comes, victos ejecit. Et nos⁴⁹ terrebitur, si Turcus⁵⁰ Constantinopolim fractam viribus, exhaustam divitiis, omni ex parte debilitatam et languescentem, nunc incautam⁵¹ irrupit⁵²?

¹ victore S

² [sic!] U; victrinumque S, T

³ omit. U

⁴ rebus S, T

⁵ omit. U

⁶ qui U

⁷ quod U

⁸ innumerabiles S

⁹ fides nostra : nostra fides U

¹⁰ qui U

¹¹ istud U

¹² stipendium U

¹³ aestimare U

¹⁴ mirare U

¹⁵ didicerunt U

¹⁶ obstruerunt U

¹⁷ informavit U

¹⁸ tenere U

¹⁹ omit. S, T

²⁰ hilarius U

²¹ exulabatur S; epulabatur T

²² omit. S, T

²³ restruxerunt S; restinxerunt U

²⁴ Isaiah, 59, 1

²⁵ em.; omit. S, T; reges U

²⁶ beatissime pater : pater beatissime T

²⁷ qui U

²⁸ favore T; terrore U

²⁹ demum U

³⁰ matura S

³¹ ac S, T

³² potestas U

³³ non U

³⁴ posse U

³⁵ omit. U [blank space]

³⁶ tu U

³⁷ quid corr. ex quod U

³⁸ si add. U

³⁹ namque U

⁴⁰ Braisidas add. S; Brasidas add. U

⁴¹ omit. U

⁴² Constantinopolis dicitur ... et omit. S

⁴³ extrusam U

⁴⁴ Bizantium U

⁴⁵ solum S, T

⁴⁶ Achantiricus S, T

⁴⁷ rex Gothorum : Gothorum rex T

⁴⁸ a U

⁴⁹ si add. S

⁵⁰ Turcos U

⁵¹ in tantam S

⁵² irruxit S

[28] Esto igitur¹: jam diu pressa est Graecia servitute Turcorum. Nonne nobis ex libris iudicum constat² a Deo circumfundi³ semper asperitatibus prosperitatem⁴, et gentes ideo⁵ caput extollere⁶, ut populus Dei sacris certaminibus exerceatur? Servivit certe populus Israel Pharaoni atque Aegyptiis, ut per tot victorias immigraret⁷ terram promissionis, et *dextera domini virtutem faceret*.⁸ Servivit annis octo regibus Mesopotamiae, et unus Othoniel indutus arma ex proflagitissimo populo triumphantissimum reddidit. Servivit Eglon regi Moabitarum annis decem et octo, et Ayot⁹ victor in fronte Israel spolia Moabitarum partitur. Servivit Jabin Cananaeo, et surgens mulier Debora tumidum Sisaram¹⁰, antea¹¹ victorem, vicit: una Jahel¹² femina¹³ cerebrum Sisarae¹⁴ clavo et malleo transverberavit. Quapropter cernimus spem nobis porrigi divinis legibus¹⁵, cum tribulatio noster sit humilitatis. Humilitas¹⁶ laborem pariat¹⁷. Labor¹⁸ prudentiam gignat. Et – ut Plutarchus asserit – *fortitudo¹⁹ iustitiae soror est, prudentiae filia*. Etenim si id, quod praeclare a sapientibus dicitur: facientes Deus adjuvat, quamquam flebilis est Constantinopolitana direptio deplorandaque Graecorum servitus, nobis tamen²⁰ {165v} tanto magis enitendum²¹, tanto erigendus²² animus magis²³, quanto post²⁴ insignem calamitatem contingit²⁵ fere semper felicitas. Nam pulchre Gajus Caesar dixisse fertur deum consuevisse largiri conantibus aliquid peraeque facilia²⁶ ex difficillimis.

[29] Quod si frangit animos nostros Turci potentia, si terror debilitat, quot nobis exempla – si recensere liceret – infunderentur eorum, qui provincias omnes²⁷ terrore concutiebant, qui velut herba solstitialis, ut repente exorti tamquam torrentes repente in ruinam defluerunt²⁸. Vetera²⁹ - tute³⁰ scis, beatissime pater - illa fulmina belli Ninum, Cyrum, Xerxem, Alexandrum Magnum, Mithridatem, Lucium Syllam, Marium, Pompejum, Caesarem, quos in altissima rerum fastigia³¹ provectos ictus³² subitus³³ fortunae saevientis excussit. Et – quaeso – si tempora Christianorum sectamur, quid duobus³⁴ illis mundi terroribus, Radagaiso³⁵ et Odoacre³⁶, Gothorum regibus, formidabilius³⁷ fuit? Quid Attila rege Hunnorum impetuosius? Quid illo, qui se³⁸ flagellum Dei vocabat, Totila rege, superbius? Et tamen istorum alius arrogans sibi mundi victoriam in agro Faesulano a paucis victus et captus³⁹ est, alius inter⁴⁰ cibos⁴¹ occisus, alius fluente a naribus sanguine crapulaque suffocatus. Illum vero tumidum⁴² Totilam unus Narses, Graecus eunuchus effeminatus, proelio fudit⁴³, vicit, occidit.

¹ siquidem S, T

² iudicum constat : constat
iudicium U

³ omit. U

⁴ prospera circumfundi U

⁵ igitur T; primo U

⁶ attollere S

⁷ migraret U

⁸ Psalms, 117, 16: *Dextera domini
fecit virtutem*

⁹ Joas U

¹⁰ em.; et Saram S; Cisaram T, U

¹¹ ante U

¹² Israel S,

¹³ fenilica T

¹⁴ em.; Sisarae codd.

¹⁵ porrigi divinis legibus : divinis
legibus porrigi U

¹⁶ omit. U

¹⁷ pareat U

¹⁸ laborem U

¹⁹ fortuna S, T

²⁰ tum U

²¹ audendum U

²² augendus U

²³ omit. U

²⁴ plus U

²⁵ contigit S, T

²⁶ facilima S

²⁷ omni U

²⁸ fluxerunt U

²⁹ caetera U

³⁰ tu U

³¹ rerum fastigia : fas rerum S

³² intus U

³³ subitos U

³⁴ ducibus U

³⁵ em.; Radegeso S, T; Radagiso
U

³⁶ Odoriro U

³⁷ formidatius S, T

³⁸ omit. U

³⁹ raptus U

⁴⁰ alius inter omit. U

⁴¹ em.; ciphos codd.

⁴² omit. U

⁴³ fregit U

[30] Nolo, quod¹ viderunt homines adhuc superstites, commemorare. Provaum² istius Turci, qui tot assecutus³ provincias⁴ totque victoriis stulte exultans subito victus et captus et alligatus⁵ catenis, ut avis in cavea spretus, victus, illusus, et uxoris adulterium spectans⁶ per provincias transportabatur. Praetereo⁷ {166r} Thamirem⁸, regem Scytharum, cui nuper⁹ totius orbis primus¹⁰ existimabatur. Nam etsi duodecies centena millia hominum traxit, et quamcumque in provinciam arma circumtulit, illam obtrivit¹¹, ac qui, dum statuit idem, quod meditatur, amens ille¹² et furiosus archipirata delere nomen Christianorum, certe¹³ Tamirus ipse, quem Tabularium¹⁴ appellant, tamquam nix liquefacta defluxit. Multa profecto signa divinae virtutis accepimus, quando superioribus annis *dextera domini fecit virtutem*,¹⁵ *dextera domini magnificata est*,¹⁶ dum¹⁷ apud Albam¹⁸ iste Turcus impurissimus, praedo¹⁹ fugit²⁰ impius, nemine persequente.²¹ Jacet²² igitur²³ vires et opes suas, concutiat sinus Illyricos, Pannoniam latrocinio vexet²⁴, arces eripiat.

[31] Perge, beatissime pater - ut Gedeoni angelus dixit – *perge in fortitudine tua liberaturus populum Israel*,²⁵ neque *paveas* – ut Salomon admonet – *repentino terrore, et irruentes potentias impiorum non verearis*.²⁶ Multi²⁷ nempe ex asperiore fortuna, quam nostra est, victores evaserunt. Et quidem ipse²⁸ Turcus victoriis superbus ambulat, sed nostro vitio, non sua virtute fortis. Eripit arces inexpugnabiles, sed praefectorum²⁹ coempta perfidia. Sperat³⁰ hominum numero, sed scelere suo debilitatur. Divitias congregat, sed in³¹ interitum suum. Cur enim putas Deum connivere ad tempus sinereque³² Turci audaciam erumpere usque in caelos, nisi³³ ut animus nostrorum principum³⁴ tot injuriis accendatur, furor ipsius Turci praecipitetur. Nos certe sperare debemus Deum mitius cum Christianis et Graecis ipsis acturum, qui jam tantum poenarum dederunt³⁵. Tanto vero ceteris³⁶ sumus digniores misericordia³⁷, quanto quaecumque scelera possent excogitari. {166v} Turcus exsuperat³⁸ non sceleratus ipse, sed³⁹ scelus et Deo et⁴⁰ caelo et sacris altaribus, quae⁴¹ profanavit⁴² invisus hostis. Itaque si bellum istud est proprium Dei viventis, *dominus illuminatio tua et salus tua, et quem timebis. Dominus protectio tua et protectio vitae tuae, a quo trepidabis*.⁴³ ⁴⁴ *Nova sub te bella* - ut Debora cecinit – *elegit Deus, ipse portas hostium certe subvertet*.⁴⁵

[32] Extremum vero dissensiones scilicet principum nostrorum excutere⁴⁶ debet. Periculum imminens omnibus amor religionis, et justus dolor, et tum tua virtus, tum tibi divinitus auctoritas

¹ qui U
² avum S, T
³ assecutis U
⁴ provinciis U
⁵ illigatus S, T
⁶ spiritatus U
⁷ preteribo S, U
⁸ Tamiem S, T
⁹ mox U
¹⁰ perinus S; pervius T
¹¹ *textus corruptus*
¹² ~~iste~~ U
¹³ *omit.* S, T
¹⁴ tabellarium S; tabernarium U
¹⁵ Psalms, 117, 16
¹⁶ Exodus, 15, 6
¹⁷ *omit.* S, T

¹⁸ *em.*; Nandoralbam S, T;
 Nadoralbam U
¹⁹ prede T
²⁰ *omit.* S, T
²¹ Battle of Belgrade, July 1456
²² jacet U
²³ licet *add.* U
²⁴ rapiat U
²⁵ Judges, 6, 14: *Vade in hac fortitudine tua, et liberabis Israel de manu Madian*
²⁶ Proverbs, 3, 25
²⁷ stulti U
²⁸ quidem ipse : ipse quidem T, U
²⁹ profectorum S
³⁰ ferocit U
³¹ *omit.* U

³² sive neque S; sue nequitie T
³³ *omit.* T
³⁴ *omit.* S, T
³⁵ dederint S, T
³⁶ ceteri U
³⁷ *omit.* U [*blank space*]
³⁸ exuperat T
³⁹ *omit.* S, T
⁴⁰ de S, T
⁴¹ qui U
⁴² profanatur U
⁴³ Psalms, 26, 1
⁴⁴ dominus protectio ... trepidabis
omit. S, T
⁴⁵ Judges, 5, 8
⁴⁶ discutere S, U

credita^{1 2}. Nam certe arbitror fore nefarium, si tibi omnium patri sacrilegium³, si religionis antistiti superbum⁴, si Dei vicario monenti⁵, pacem⁶ incitanti, allicienti quispiam princeps aut populus reluctari contendet. Itaque, beatissime pater, quando non solum disciplinam sacerdotalem, sed velut imperatorium ardorem animi Deus in te corroboravit, gaudemus, nobis⁷ et ecclesiae congratulamur⁸.

[33] Quando egrediente Moyse ad tabernaculum erigebat se plebs universa, ut hoc exemplo tibi princeps noster laborem in periculis religionis⁹ sublevandis impartiat, venimus¹⁰. Quando¹¹ rursum¹² praeclare finxerunt veteres catenam auream e caelo a Jove porrigi, quam tangant omnes dii omnesque deae, ne pro caelesti religione propugnanda vel inertiae culpa vel turpis fuga laboris a nostro principe credatur arripi, ecce, qui non est¹³ vulgo, sed animo atque natura princeps complectitur, quam porrexisti, catenam. Denique quando¹⁴ - auctore Thucydide¹⁵ – sapiens ille Atheniensis Pericles¹⁶ eos, qui rempublicam suam laborantem non adjuvabant, non solum otiosos, sed malos et inutiles arbitrabatur, certe tu vides in nostro {167r} principe flagrantissimum ardorem cordis. Nam sicut Hectorem ferunt primum semper¹⁷ fuisse, qui patris gloriam magnam augeret, Philippus, optimus dux noster, distans licet¹⁸ et omnium principum remotissimus a te¹⁹, ut ad te primus²⁰ veniret, elaboravit.

[34] Cum autem impediretur, suo nomine illustris dux Clivensis totque barones fere omnium primi venerunt. Quod²¹ vero²² tribuendum est praesenti tempori, tu²³ istum principem, reliquos oratores ita pro tuo²⁴ nutu et renutu deduces, ut sua consilia in hoc Mantuano conventu tuis consiliis adjungant et applicent. Quod autem attinet pericula, labores et terras hostium peragrandas²⁵, experieris²⁶ principem nostrum neque dimittere quidpiam ex suo pristino voto, neque a majorum suorum neque a sui ipsius gloria degenerare. Nam cum principibus²⁷ aliis ad²⁸ expeditionem instituendam pollicemur²⁹ tibi pro viribus ferre suppetias, oppositus³⁰ etiam nostrorum laterum consensum et fidem³¹, consilii, laboris, et voluntatis societatem.^{32 33}

¹ tradita U

² *textus corruptus*

³ patri sacrilegium *omit.* U [blank space]

⁴ *textus corruptus*

⁵ momenti S

⁶ *omit.* U

⁷ vobis S

⁸ gratulemur S, T

⁹ *em.*; *omit.* S, T; religione U

¹⁰ benignus U

¹¹ tum U

¹² rursus U

¹³ et S, T

¹⁴ cum U

¹⁵ Thucydido S

¹⁶ penales S, T

¹⁷ primum semper: semper primum S

¹⁸ distans licet *omit.* U

¹⁹ a te *omit.* T

²⁰ *omit.* U

²¹ *omit.* U [blank space]

²² enim U

²³ tum T; in U

²⁴ *omit.* S, T

²⁵ peragendas U

²⁶ reperietis U

²⁷ presentibus U

²⁸ *omit.* T

²⁹ pollicetur U

³⁰ oppositam U

³¹ finem U

³² *textus corruptus*

³³ Dixi *add.* T; Explicit predicta oratio predicti oratoris Joannis etc. postmodum cardinalis etc. *add.* U

The pope's reply, from the *Commentarii*:

Down from his majestic throne came the pope's reply. There was no one who did not know of Philip's illustrious forebears, who boasted both Burgundian and French blood. Both these nations were known far and wide for their great exploits – though it was hardly necessary for Philip to invoke a gallery of ancestors: he added lustre to his age by his own merits. Pius had met and talked with him on several occasions at Regensburg in Bavaria; he had known since then what the duke thought about the Turkish problem, how devoutly he practiced his religion, how fervently he desired to defend and extend the faith. He was sure the prince had not changed his mind. To judge from what his ambassador had said, the duke had neither altered his intentions nor broken his vow. He wished Philip had come himself, as he had led them to hope he would, for then he would have understood clearly the great esteem in which the Apostolic See held him. But the pope could understand his staying at home, since he feared an uprising and had besides sent so many distinguished men to represent him. The pope also praised the duke of Cleves for undertaking such a long and difficult journey to the congress to discuss the defense of the faith which the Turks were everywhere trying to destroy. He had done his duty and discharged his obligations as a Christian prince should. If only the others showed similar commitment, the Turks would not now be assailing Christians nor would Saracens stand in possession of the sepulchre of our Lord. Perhaps God would have pity on His people; perhaps other Christians would be inspired by the example of Duke Philip and the Duke of Cleves; as for those who belittled the Congress of Mantua and treated all its proceedings with scorn, perhaps God would now show them up for the liars they were. The remaining business must be put off to another day.¹

¹ CO, III, 11 (Meserve, II, pp. 41-43)

18. Oration “*Numquam, beatissime pater*” of Giacomo della Ratta to Pope Pius II (19 August 1459, Mantua)

Preliminary edition

An embassy from King Ferrante I of Naples arrived in Mantua towards the middle of August 1459. It was received in a public consistory held in the ducal palace on 19 August¹, at which occasion, Archbishop Ratta delivered the oration “*Numquam, beatissime pater*”.

The pope mentioned the embassy in his oration “*Mirabitur fortassis*” [79], held some weeks afterwards at a meeting where the mandates of the ambassadors present in Mantua were read publicly:

In the second place after Us comes King Ferrante of Sicily,² who will obey our command as far as his means allow. He has already sent to Our presence two distinguished legates, Archbishop Giacomo of Benevento,³ and Duke Francesco of Andria,⁴ both of whom you see before you.
[Sect. 15]

In his *Commentarii*, the pope wrote about the ambassador’s oration:

Ferdinandus rex Sicilie archiepiscopum beneuentanum, qui postea propter sua scelera depositus est, et Andrie ducem transmiserat qui suam vicem implerent. archiepiscopus pro consistorio publice auditus acriter in Genuenses inuectus est perfidiam et insolentiam eorum accusans, qui Ferdinando regi contra fedus molesti essent. pontifex graviter eum correxit qui priuatas inimicitias eo in loco commemoraret, ubi de publica christianorum pace atque salute agendum esset. littere Ferdinandi multo meliores quam uerba legatorum fuere; illi pauca de tuenda religione locuti sunt, he preclarum et magnum Regis animum ad tutelam fidei ostenderunt. cum recitarentur pro contione legatorum omnium qui aderant mandata,⁵ nullum plenius uisum est eo quo Ferdinandus misit.⁶

The archbishop’s oration is clearly related to the oration written by Antonio Beccadellii, the “*Cum ad id*” – see above – concerning King Ferrante’s wars against Genova and Sigismondo Malatesta. Indeed, Beccadelli’s text may have served as the draft for Ratta’s oration concerning this issue.

¹ According to the title of the oration in Ottobon. lat. 905, see below

² Ferrante I (1423-1494): King of Naples (Sicily) from 1458 to his death

³ Giacomo della Ratta: Archbishop of Benevento from 1451 to 1460, when he was deposed from office by Pope Pius

⁴ Francesco II del Balzo (1410-1482): Duke of Andria

⁵ The public reading of the mandates of the ambassadors to the Congress of Mantua took place in a public consistory in the beginning of the month of September, see below

⁶ CO, III, 21 (Heck, I, p. 201)

Manuscript

- **Biblioteca Apostolica Vaticana**
Ottobon. lat. 905, 34r-36v

Editions

The oration has not been published previously.

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

The manuscript text contains a number of corrupt passages and misspellings, which have been emended or corrected. If other manuscripts containing the text surface, the present edition may undoubtedly be improved.

Oratio habita per reverendum in Christo patrem dominum Jacobum de Rata Neapolitanum, archiepiscopum Beneventanum, serenissimi regis Siciliae oratorem, die lunae 19a Augusti, in aula majori palatii residentiae summi pontificis in consistorio publico (*quae inscribi debeat post orationem reverendi domini Atrebatensis*¹)

1. Praise of pope

[1] {34r} Numquam, beatissime pater, tantopere voluissem aliquam in dicendi facultatem dari, ut in praesentia tua, coram beatitudine tua, dicturo non tam libenter quam necessario. Dicendae namque mihi essent laudes tuae, mores, studia, clementia, magnanimitas ceteraeque innumerae animi tui dotes, quibus a teneris exercitatus² annis ingenii ope bonarum litterarum disciplinis per amplissimos dignitatis gradus merito summum pontificatum, quem numquam tua modestia affectasti, quo adeo dignissimus promereri studuisti, quo adeo dignissimus reputaberis, ut omnes uno ore te futurum summum pontificem praedicarent,³ et profecto divina providentia et maxima reverendissimorum cardinalium prudentia ad hanc sedem assumptus es. Siquidem omnia, quae in pontifice requiruntur, tua complectitur sanctitas, sive animae et ingenii dotes, sive litterarum studia, sive religionem, sive rerum experientiam exigamus, in quo amplius atque uberius quam in beatitudine tua haec omnia reperiri possemus? Quo fit, ut Christiani omnes in spem maximam devenerint te pastore et principe {35r} religionem⁴ nostram auctam fore in omnibus et maxime contra saevissimos Turcos, qui sive negligentia nostra sive meritis divina providentia permisit, ut in Christianos tam acerrime saeviretur.

¹ This annotation, added to but not part of the title of the oration, indicates that the oration was part of a chronological collection of ambassadors' orations at the Congress of Mantua. In the ms. Ottob. lat. 905, it was not placed after the "*Antea maxime pontifex*" of the Bishop of Arras, ambassador of the Duke of

Burgundy, where it fits chronologically, since that oration was delivered on 14 August, but after the oration "*Longo belli onere*" of the Hungarian ambassador, delivered on 26 September. The annotation thus rectified the chronological arrangement – with a view to

other copies to be made in the future

² exercitus cod.

³ The accession of Piccolomini to the papacy was predicted three years before by no less than King Alfonso, Ferrante's father, see CO, I, 31 (Heck, I, p. 92)

⁴ religionem que cod.

2. Congress of Mantua

[2] Divina itaque providentia ad hunc pontificatum assumptus es, qui labenti fidei succurras et opituleris. Idque re ipsa ostendisti, cum nulli labori, nulli impensae, nulli periculo parcens in media¹ hiemis horrore ex urbe Roma ad hanc sanctissimam et maxime necessariam dietam iter summo animi ardore arripuisti, ut te duce et auctore, pacatis Christianorum bellis et dissensionibus, liberi omnes ad veram religionem tutandam concurrerent opus. Ad quod vere sanctum et summis laudibus extollendum Ferdinandus, inclytus Siciliae rex, dignationis tuae filius observantissimus atque devotissimus, summo desiderio tenebatur, ut ipse huc accederet coramque ostenderet, quo animo Christianae religioni afficiatur et quantopere sanctitatis tuae praeceptis parere cupiat.

3. King Alfonso's crusade zeal

[3] Ad haec plurimae² sanctitatis tuae epistolae³ impellebant, maxime autem et sanctitatis tuae auctoritas, quam non omnes sequi summum nefas ducit, et ut paternis insisteret vestigiis. Luce namque clarius est non modo Italiae verum etiam universo orbi, qui fuerat serenissimi regis Alfonsi animus, quid fecerit, quod aggressus sit, quid - nisi saevissima mors sanctum ejus propositum interrupisset - aggrediebatur. Quid memorem classem firmissimam Turcorum immanitati semper oppositam, quae omnes ejus maritimos conatus frangebat? Quid castellum munitissimum Alfonsi ductu et auspicio Turcorum oculis⁴, quod omnes eorum vires et conatus non defensum modo, sed in dies auctum non parvum illis incussisse terrorem in maximam ejus gentis ignominiam? Quid quod ipse decreverat in hanc expeditionem omni conatu proficisci, assumpto jam pridem in pectore crucis signaculo? Nec aetas jam ingravescens - omitto alia, quae ei dissuadere poterant a tam sancto proposito - ejus animum umquam amovit.

4. King Ferrante prevented by wars from attending the congress

[4] Quae omnia dignissimus tanto patre filius, rex noster Ferdinandus, putans, et huc venire et nullum neque laborem neque impensam detractare instituerat, ut catholicum decet principem, nisi bona et probabili causa coactus sit mutare sententiam, hac gratia aliquando tardior in mittendis oratoribus et ostendendo in sanctitatem tuam devotionem, neque eum esse, quem nonnulli partim malevoli, partim invidi et affectu magis quam re judicantes palam dictitant atque divulgant ejus videlicet serenitatem in Italia bellum tum contra Januenses, tum contra Sigismundum, Arimini dominum, suscitare, exercitum quotidie comparare, sua sorte minime contentum aliena cupere. Id quam indignum humanissimo regi videri debeat, nemo magis quam tua sanctitas conjectaverit, quippe quae bella, haec non ab eo, sed ab Alfonso patre jure ac merito coepta probe cognoscat, et a Ferdinando filio non sua culpa, sed hostium pertinacia suscepta produci. Sed quoniam haec non

¹ medio cod.

³ *em.*; tuae epistolae : eius cod.

² plurima cod.

⁴ *textus corruptus?*

omnibus nosci datum est, concedes pro tua singulari humanitate atque iustitia, ut in hoc sacratissimo terrarum loco, apud hos praestantissimos patres et oratores ornatissimos regis causa aperiatur honestissima illa quidem atque iustissima, {35v} ut, cum intelligent illius animum ad pacem propensorem esse et non impediturum, sed pro viribus adiuturum expeditionem et consilium sanctitatis tuae contra Turcos, merito regi nostro gratias et laudes habeant, et invidos illos ac perniciosissimos homines odio et execrationibus prosequantur. Primo igitur causam belli suscepti contra Januenses aperiemus, deinde contra Sigismundum¹, atque id ita breviter, ut audire vos haudquaquam distaedeat.

5. War with Genoa

[5] Cum aliquando inter Januenses et gloriosae memoriae Alfonsum pacta conventa essent, ut Alfonsus sua expensa praesidium in urbe Genua ad custodiam civitatis et illorum reipublicae contineret, illi pateram auream quotannis Alfonso tribuerent, Alfonsus quidem promissa religiosissime servavit. Illi cum promissa et poenam promissis adjectam violarent nec propositi poeniteret, necesse fuit Alfonsum praesidia armis vindicare. Quo factum est, ut Genuensium exulum partem amplexus eos patriae reique publicae restituere conatus sit, tum quia primores civitatis erant genere et virtute praestantes, tum quia sua opera restitutos melius fidem et pacta arbitrabatur servituros. Quod si quis aequa aure haec audiat et sano iudicio, extimabit non contra Genuenses, sed pro Genuensibus Alfonsum bellum suscepisse. Cognoscet neque ambitione aut cupiditate aliqua, sed iustitia et aequitate cum Liguribus decertasse.

[6] Quod planum fecit, cum oppida omnia, quae vi aut deditione ceperit, non sibi dominandi libidine servaverit, sed exulibus ipsis dederit praesidioque imposito usque ad suae vitae exitum illis custodierit. Qui diem suum functus hanc filio provinciam velut haereditariam relinquere visus est, quippe qui ad fidem, decus, famam, constantiam suam spectare arbitraretur. Suscepit itaque munus Ferdinandus filio maxime debitum exules Genuenses pro viribus tuendi atque servandi, maxime vero cum ii, qui in urbe dominatum obtinerent, in illius odium evocaverint Rheni ducem,² adversarium ejus, dominumque urbis statuerint libertate ac dignitate, quam obtinebant, posthabita, quem quotidie in Ferdinandum concitare adnituntur, utque ejus regnum aggrediatur suadent, incitant, compellunt. Comprehensi sunt nuntii Rheni ipsius ducis complures et adhuc in compedibus detinentur, qui minime negant³ se venisse, uti populares et subditos Ferdinandi ad seditionem et rebellionem concitent. Comprehensae sunt atque extant litterae innumerabiles hujuscemodi etiam defectionem suadentes.

[7] Quaesumus nunc te, pater beatissime, vosque sapientissimi viri, quid Ferdinando regi faciendum fuisse videatur, num expectandum, ut Genuensium ope et hortatu Rheni dux, quod litteris et nuntiis fore minitatur, regnum Neapolitanum invadat, an potius sibi praecavendum bellumque in

¹ Sigismond.. *et passim* cod.

² Duke René d'Anjou, also claiming the kingship of Naples

³ negent cod.

Genuensium fines transferendum. Putas tu, pater sapientissime, te expeditionem in Turcos exequi posse Italia Genuensi bello implicita? Rursus putas Italiam pacificari posse Gallis Italiae insultantibus adversus eos? Itaque qui ad disturbendam Italiae pacem et foedera ejusmodi Gallos evocaverint. {35r} Ferdinandus rex bellum capessit pro justitia, pro regni sui incolumitate et tutela, non ambitione aut cupiditate aliqua adductus. Nam perfectam¹ vobis² ejus animam affirmare possumus: si quis sponte Genuae dominatum illi deferat, se recusaturum sua sorte satis³ contentus agere, Deoque gratias immortales habere, quod regnum a patre sibi relictum a tua sanctitate confirmatum in pace tandem et tranquillitate possideat, neque aliud extra regnum appetere, neque aliud mente agitare, nisi regni conservationem et populorum ac subditorum pacem.

[8] Videte nunc, viri, potius Italiae pax credenda fuerit an Ferdinando ipsi, qui educatione, moribus, animo, domicilio, regno, familia, benevolentia Italicus sit et Italiae paci ac foederibus obstiterit, an Provincialibus ipsis,⁴ Italicorum hostibus pacisque et tranquillitatis eversoribus. Quod si pacem omnino dandam Genuensibus sanctitas vestra quo facilius expeditio in Turcos expediatur, et ipse rex paci libenter assentiet, dummodo bellorum materia extinguatur, hoc est Galli ipsi Genua amoveantur, nedum pacem animo agites, bellum ingens in Italia excitetur, paxque ipsa - quod contra fieri debet - bellum parturiat. Tum sentient Genuenses Ferdinandum regem non hostem, sed amicum et benefactorem nullaue alia ex causa bellum contra eos suscepisse infessosque habuisse atque habiturum esse quam quod Gallos Provinciales ipsius regis atque adeo Italicorum omnium hostes in ipsorum urbem communi omnium periculo receperunt.

6. War against Sigismundo Malatesta

[9] Restat nunc, ut de Sigismundo aliquid attingamus, contra quem bellum ab Alfonso patre optimo jure incoeptum filius persequitur, non de novo suscitatur, ut isti volunt. Quam vero causam belli movendi⁵ habuerit Alfonsus, nemo est, qui nescierit, nemo, qui non laudaverit atque probaverit. Testis est omnis Italia, quae cum ad pacem et foedera magno consensu convenerit, Sigismundum a pace et liga excludi haud injuria passa est in exemplum aliorum ad posteros derelictum. Sed quid in re omnibus nota, tibi praesertim, pater beatissime, immoramur, qui hac in re ut in ceteris regis animum satis abunde prospectum habes, certe qui hujusmodi controversiam tuo iudicio tuoque arbitratu decidendam, componendam commiserit atque committat⁶, ut intelligant mortales omnes regem non ambitione aut cupiditate bellum movisse, sed quo res ablatas - si hoc saltem modo potest - repetat sacra majestas⁷, minus injuriam⁸ sibi haud facile inferri posse demonstret.

¹ *dub.*

² in *add.* cod.

³ *affatis* cod.

⁴ Possibly meaning "these people from Provence", since René

d'Anjou was also Count of Provence, a region neighbouring Liguria - with Genoa

⁵ *monendi* cod.

⁶ *committant* cod.

⁷ *dub.* cod.

⁸ *injuria* cod.

7. Conclusion

[10] Haec cum ita sint, pater beatissime, tuque haec ita esse certo scias, quis dehinc Ferdinandum incuset velut belli avidum et Italiae pacis disturbatorem, an potius laude et benevolentia exosculetur, qui cum belli justam habeat causam, tum contra Genuenses, tum contra Sigismundum sententiae tuae tamen acquiescat, cupiens in pace et tranquillitate vitam agere, si modo id salva dignitate ac tuto fieri liceat. Haec in mandatis a Ferdinando, sanctitatis tuae filio, habuimus, quae postea - quo tempore cum facultas daretur - apud sacrosanctum hoc solium publice diceremus, quo tota Italia atque ii maxime, qui pace et foedere cum Ferdinando colligati sunt, plane intelligerent eum pacis amatorem esse, foederis conservatorem, tuaeque sanctitatis maxime observatorem, qui jam – ut dixi – maxime optasset ipse huc se conferre, si qua ratione licuisset. Cum non licuerit, alacri et prompto animo, quod secundum fuit assecutus, misit nos cum mandatis et auctoritate, ut viderit sanctitas tua, cui in hoc tam sancto opere et in omnibus aliis, quae sanctitas tua decreverit, ipsius serenitatem et filios et regnum suum offeremus, nihilque, quod sanctitati tuae placuerit, recusaturum pollicemur, nosque qui ejus animum optimum habemus sine ulla exceptione ultro offerimus.

19. Oration “*Cum essem*” of Francesco Filelfo on behalf of Duke of Milan (18 September 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Grave illis*” [80].¹

¹ See vol. 11 of the present edition of Pius II’s orations

20. Oration of Luigi Foscari, ambassador of Venice (24 September 1459)

The text of this oration is not extant. Pius gave the oration "*Fatemur insignes*" [44]¹ in response to the ambassador's oration, which he also summarized in his *Commentarii*.

¹ See vol. 8 of the present edition of Pius II's orations

21. Oration “*Frequentiam principum*” of Jean Jouffroy, ambassador of Burgundy (26 September 1459, Mantua)

On 26 September 1459, Pope Pius II opened the deliberations of the Congress of Mantua with the grand oration “*Cum bellum hodie*”. His oration was followed by an oration delivered by Cardinal Bessarion.

Among others, Jean Jouffroy, Bishop of Arras and ambassador of the Duke of Burgundy, gave an oration in reply to the pope and the cardinal.

After the exordium, praising their orations, Jouffroy answered the pope’s two questions: should the Christian princes and peoples go to war against the Turks, and what would they contribute?

The first question Jouffroy answered with a discourse on the *utilitas*, the *honestas* and the *necessitas* of the crusade.

The pope’s second question Jouffroy answered with a statement of his duke’s intention to contribute to the crusade, carefully listing the conditions of the duke’s promise.

Manuscripts

- **Brno / Státní Vedecká Knihovna**
Mk 96, ff. 64v-68r
- **Göttingen / Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek**
8 Philos 88, ff. 86v-92v **(T)** [pagination blue]
- **München / Bayerische Staatsbibliothek**
clm 280B, ff. 174r-178r
- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Ottobon. lat. 1834, ff. 127v-129v¹
- **Salzburg / Stiftsbibliothek Sankt Peter**
B VIII 15, ff. 146r-151r and (duplicate) 226r-230v **(S)** (pagination green)

¹ Cf. Märkl, p. 345

Editions

- Beltran, Evencio (ed.): *Nouveaux textes inédits d'humanistes français de milieu du XVe siècle*. Geneve, 1992, pp. 150-155 **(BE)**¹

Beltran based his edition on the Ottob. Lat. 1834, with corrections from the Brno manuscript), which has a major lacuna towards the end – comprising almost a third of the oration. This lead him to the erroneous conclusion that the oration had been only partly written or copied by a secretary.²

Literature

Beltran, Evencio (ed.): *Nouveaux textes inédits d'humanistes français de milieu du XVe siècle*. Geneve, 1992, pp. 147-149

Märtil, Claudia: *Kardinal Jean Jouffroy (d. 1473) – Leben und Werk*. Sigmaringen, 1996. (Beiträge zur Geschichte und Quellenkunde des Mittelalters; 18)

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

The present edition is based on S, T, and BE, see above.

Pagination is from T.

Contents

1. Introduction [1-3]
2. Motives for the war [4-12]
 - 2.1. Utilitas [6-8]
 - 2.2. Honestas [9-11]
 - 2.3. Necessitas [12]
3. Duke of Burgundy's contribution to the war [13-19]

¹ Variants from BE are given in the textual apparatus, except in those

cases when Brno - as collated by Beltran – agrees with S and T

² Beltran, p. 149

Johannis Joffredi Atrebatensis episcopi ad Pium Papam Iulium oratio in conventu Mantuano dicta VI. Kal. Octobris anno Domini MCCCCLIXo feliciter incipit¹

[1] {86v} Frequentiam principum, clementissime pater, et contionem istam flexerunt oblectaveruntque - utinam ab omnibus Christianis audita - tua et doctissimi cardinalis Niceni orationes. Ut enim - Cicerone auctore - ex nervorum sono in fidibus quam scienter pulsati sint intelligi solet,² sic ex animorum motu in hoc coetu cernere licet, quantum orationes vestrae profecerint³. Quis enim uno aspectu, alterutro vestrum dicente, animos circumfusorum tibi principum et legatorum non aspexit erectos? Quis vel praeteriens raptus non substitit et velut avem cantu aliquo, sic illos non vidit oratione utraque suspectos quasi teneri? Equidem videre videor nunc duas ductiles tubas argenteas praestitas Moysi,⁴ quibus ad proelia multitudo filiorum Israel animabatur. Quis nempe te audiens, beatissime pater⁵, animum non supra facultates erexit, supra fatum posuit?

[2] Tu Ciceronis effudisti aureum flumen⁶, quod vel invitos impelleret. Ille Demosthenis nervos expressit, quibus animos alligavit, quos attraxeras et torseras raptos pro nutu tuo⁷. Tuae orationis velut ignita lux agitatrix animorum omnes hic principes {87r} principumque legatos non solum commovit, sed incitavit. Sua vero, ne quis ab infusa per te religione cladi vellet, effecit⁸. Et sicut opiparae cenae pomorum fructus dulces et grati succedunt, sic oratio tua divinas gentilesque doctrinas omnes omnemque⁹ historiarum et annalium succum¹⁰ expressit tuaque felicitas et promptitudo venustatem divinae cujusdam auctoritatis extulit voce cygnea¹¹ et memoria fere divina, qua in tam profuso sermone nusquam¹² hesitasti¹³. Tuum denique immortalitate dignum ingenium visum est, quo explicasti amplae sublataeque omnes eloquentie vires, illaqueasti omnem leporem et omnem copiam, ita ut nihil desiderari possit, nihil augeri. Mirabile¹⁴ vero¹⁵ in ipso patre Niceno fuit, quod ingenio prestans atque omni doctrina cum plurimis et illustribus locis atque exemplis usus fuerit¹⁶, nihil tuae orationi addere potuit et nova dixit.

[3] Omnium vero¹⁷ maximum arbitror cum supra quartam divinitus horam dixeritis et anima¹⁸ satiata favum mellaque fastidiat, vos reliquisse omnes cupidos avidosque audiendi. Et quid igitur illustrius et magnificentius utrique vestrum? Quid difficilius et in quo luceat magis vigor ingenii quam splendore verborum, copia, varietate rerum, pronuntiatione, sententia¹⁹ retinuisse animos istius

¹ Oratio disertissimi oratoris ducis Burgundiae Philippi etc. ad sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum Pium papam II, habita Mantue in consistorio publico S; Oratio Joannis Goffridi Atrebatensis Episcopi Coram Pio Secundo Pontifice Maximo habita Mantue pro Philippo Burgundionum Duce T

² Cf. Cicero: *De divinatione*, 2, 33; *De natura deorum*, 2, 15

³ profecerint BE

⁴ Cf. Numbers, 10, 2

⁵ beatissime pater : pater beatissime BE

⁶ fulmen BE

⁷ nutu tuo : tuo nutu S, BE

⁸ efficit S

⁹ omnium BE

¹⁰ succem T

¹¹ tignea BE

¹² numquam BE

¹³ hesitavisti S, BE

¹⁴ admirabile BE

¹⁵ omit. BE

¹⁶ fuit BE

¹⁷ verum S

¹⁸ natura T

¹⁹ sua BE

contionis integros, neque tanto spatio temporis affecisse conventum satietate vel afflixisse fastidio, quin omnibus aviditatem audiende novae¹ orationis divinae vestrae orationes effecerint. Equidem, sanctissime² pater, cum superiore conventu legatos regum diffuse audierim dicentes, ego cui succedendum est illis³, ad quos aspirare⁴ non possum, dicam verecunde et dubitanter, sed eo dicam diffusius quo regum ipsi legati tunc animorum suorum sensa prolixius explicaverunt⁵. Nunc vero strictum attingunt, quamquam res preclarissimae et magnae spei, deinde quia ex more legati ceteri vel paucis verbis mihi assentient vel unus pro ceteris, quae dixero, refellit⁶.

[4] Quaeris, beatissime pater, et singillatim⁷ decernundumne sit ab omnibus Christianis principibus populisque bellum in Turcos⁸; secundo qualem optem qualesve suppetias quilibet se allaturum polliceatur.

[5] Quis bellum – obsecro - decerni oportere adversum⁹ Turcos aut vetet aut dubitet, quando nobis non liberam facultatem deliberandi permittit Turcus, qui nos oppugnat, nec bellum gerere possumus, nisi jam affecti obprobrio et lacerati? Ego certe - ut me tibi iudicem video - **utilitate, honestate, necessitate** bellum non modo propulsandum a Turcis, sed inferendum a nobis. Idque probant natura, ratio¹⁰, experimenta.

[6] Primum enim si permittimus Turcos vagari libere, si serpere longius, qualis rerum nostrarum putanda erit **utilitas**? Nos iam exhorrescimus potenciam et vires Turci. Quaeso, si corroborantur, deinceps augentur, crescunt, {88r} quis immani eorum audacie et numero congregari ausit? Si vero non pergitur obviam, utrum tandem possessiones, arces, templa, suppellectilem nostras existimare debemus, quando necesse est vinci non resistentes, et omnia bona eorum, qui victi sunt, ad victores illico transeunt? Adde *si otium* - auctore Varrone - *parturit civiles fremitus*¹¹ semperque intermissio externorum bellorum peperit intestinarum seditionum funesta principia, nos nonne et otium et segnitiam et inertiam discutere et externa bella adversum Turcos malle et consecrari non obscure debemus?

[7] Etenim quis est tam vecors, si naturae rationem suspexit, qui non videat agitari continuo animos et ad aliquid niti profecto flagrantibus viribus moribusque viri, quotiens¹² a bello externo quiescunt, velut ignis evagantur et ad quaeque obvia feruntur, estque necesse, ut otiosus ardor ad vicina erumpat. Quo fit, ut utilius contra Turcos arma inferamus quae - auctore Livio - *felicius foris quam domi semper geruntur*.¹³ Deinde, quod - ut scitis¹⁴ - ille Poenorum dux frequenter dixit - inferenti quam propulsi plus semper virium est.¹⁵ Videamus quidem Sallustium, Livium et ex tractatoribus Christianis Augustinum, Orosium¹⁶, Eutropium pro comperto habere otium et luxum plus semper obfuisse populis omnibus quam hostes quosque¹⁷ externos. Quo fit, ut natura duce, quae semper optimum appetit, {88v} bellum vel ideo in Turcos conducat eligere, ut otium turpe et civilia bella

¹ *omit.* BE

² beatissime BE

³ illos S

⁴ suspirare S

⁵ explicaverint T

⁶ refellet BE

⁷ sigillatim T

⁸ Thurc.. *et passim* S, BE; Turca..

et passim T

⁹ adversus T

¹⁰ *omit.* S

¹¹ Source not identified

¹² *quoties et passim* T

¹³ Livius, 1, 43

¹⁴ scitus S, T

¹⁵ Cf. Livius, 21, 44

¹⁶ Orosium T

¹⁷ *omit.* S, T

praetermittantur. Itaque nobis hoc¹ **utile** bellum, quod rursum utile facit periculum imminens, facit et metus, quo percussi populi Christiani Turco dedent se, nisi audierint illico instrui bellum ut ab omni calamitate et metu calamitatis sperent se defendendos, quippe qui iugiter vexantur et quibus continuum telum et super eos casurum pondus Turcus impingit.

[8] Et quem – obsecro - qui vel mediocriter attigit litteras, latet², quanta clades perniciēsque nostris provinciis obtigit cunctantibus quondam principibus obviam ire Vandalis, Gotis et ipsi Attilae, regi Hunnorum? Tarditate nostra, sanctissime pater, Turcus augetur. Agitur salus animarum nostrarum, quas Turci commercium coinquinaret, frangereturque tandem religionis³ decus et robur ubicumque Turci dominatus Christianorum servitus esset. Agitur etiam, ut vita, libertas, bona fortunae, cujuslibet Christiani retineantur. Agitur item⁴, ne labes et colluvies ista Turcorum et funestissima flamma corroboretur, serpatque et evagetur non in unum regnum, sed ipsum orbem, nec nobis sit cum Turco *de finibus* - ut aiunt - *sed de tota possessione contentio*.⁵

[9] Nunc vero, si⁶ **honestatis** causa spectatur, quem nostrorum principum putas non subvereri⁷ vituperatione posteritatis, quem non metuere credis, quid historiae {89r} de principibus istius temporis canent⁸? Concalescat, oportet, cor nostrum intra nos *et in meditatione nostra exardescat ignis*,⁹ quotiens cogitant principes nosque meditatur, utrum ne cessuri sumus, Turco impurissimo archipirate, quotiens inopiam, vastitatem, caedem, incendia, rapinas, fugam Christianorum audimus, et Turci decus intelligimus nobis dedecus esse, quales existimas virorum nobilium fremitus? Dum Christianorum agri¹⁰ uruntur, provinciae diripiuntur¹¹, belli gloria est apud hostes. En qui te circumsistunt flores Italiae! Adest Franciscus Sfortia, qui omnibus proeliis victor evasit ac¹² incurrens ubique ferrum¹³, cujus erectam faciem vides decernere bellum in Turcos ipso nutu atque aspectu. Adsunt legati Venetorum¹⁴, Florentinorum, Senarum, Bononiae, qui velut Italiae lumina iniquo animo¹⁵ ad ignominiam trahunt, dum Turcus auditur attingere¹⁶ sinus¹⁷ Illyricos, vestibula et ingressus faciles et fores Italiae. Equidem, beatissime pater, videre videor haec inclyta decora Italarum¹⁸ animo indignari¹⁹ ac intra se dicere: Tandemne Turci, pars vilis gentium Asiae, oblita Salamina²⁰ et Marathonem, nunc cervices erexit? Tandemne superatis Graecis audebunt²¹ Latinos attingere?

[10] Majores nostri totiens Asiae potiti sunt, innumerabiles pugnas legimus, quibus semper Asiaticum nomen afflictum est, Italiae vero dignitas aucta: nunquam {89v} Asia vicisse legitur Italiam. Numquid degeneres et inertes esse debemus? L.²² Scipio Asiaticus nomen assumpsit, quod Antiochi victor oppressit Asiam. L.²³ Sulla²⁴ potentissimum illum Mithridatem vicit, qui se Oceanum cum

¹ nobis hoc : hoc nobis BE

² omit. T

³ religio T

⁴ omit. BE

⁵ Cicero: *Academica*, 2, 132

⁶ omit. T

⁷ sub veteri BE

⁸ cavent BE

⁹ Psalms, 38, 4

¹⁰ omit. S, T

¹¹ diripiantur T

¹² ad S, T

¹³ nutritus add. S, T

¹⁴ Veneciarum S, BE

¹⁵ et add. BE

¹⁶ omit. S, T

¹⁷ scimus S, T

¹⁸ Italicorum S, BE

¹⁹ animo indignari : indignari

animo S, BE

²⁰ Solamina S, T

²¹ audebant BE

²² sic BE

²³ sic BE

²⁴ Silla S, T, BE

Ponto coniungere posse putabat, et totam Asiam subiectam¹ Latino nomine domitamque dimisit. Quid Brennum Senonem² nostrumque³ Celtam commemorabo, quem omnibus citra Taurum montem populis stipendium imposuisse Livius et Iustinus affirmant?⁴ Nunquid steremus et muliercularum ritu desides domi rixabimur, ut Turcus hanc gloriam a nobis⁵ excutiat? C. Cotta *existimabat viro flagiotissimum esse, si injuriam impune accepisset*.⁶

[11] Nos, beatissime pater⁷, tua oratione⁸ accensi⁹, audivimus despectiones, contumelias, atrocitatem injuriarum, quibus lacessimur a Turco, quas, ut persequamur¹⁰, nos bellum inire decet. Quare si majores Italicorum, si nostri Galli, Senones et Haedui Asiam et partes Turcorum saepe vicerunt, non solum ut tueamur et conservare possimus gloriam nobis relictam et dignitatem, sed ne turpissime victi videamur a nationibus natis servituti, honor impellit bellum¹¹ in Turcos a te decerni et ab omnibus Christianis iniri. Si enim tibi nunc audis, en Salomon concrepat: *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, et qui ducuntur ad interitum liberare ne cesses*.¹² En tibi sancti {90r} Job pulchra vox intonat: *Qui gloriantur salvos se fecisse pauperes de manu potentum*¹³.¹⁴ Quod si decorum fuit Moysi, quod summus sacerdos Hebraeorum passim¹⁵ injuriam animose defendit, prostravit Aegyptum, te, beatissime pater¹⁶, occurrere profecto decet non unius¹⁷ Christiani hominis calamitati, sed tot populorum Christianorum discrimini, periculo periclitantique dignitati¹⁸. Quid ergo tibi quam¹⁹ ferre bellum curas honestius aut quid honesto antepponendum?

[12] An igitur de **necessitate** belli Turcis inferendi dubitamus, pro quo nos omnes certare jura divina atque humana cogunt? Quod enim te attingit, beatissime pater, Christus tuae virtuti, felicitati, fidei suas oves pascendas commendavit, et *bonus pastor animam suam ponit pro suis ovibus*.²⁰ Quod vero ad nos attinet, quis non consurget tibi adversus malignantes, aut quis non stabit tecum adversus operantes iniquitatem. Si tu bellum decernis pro tutandis fratribus nostris, pro altaribus et divina religione, quis non tibi necessario pareat? Scimus quidem illud in Deuteronomio scriptum: *Qui superbierit nolens oboedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat, morietur homo ille*.²¹ Audivimus nunc quasi classicum et concrepantes tuas tubas ad bellum. Vidimus {90v} non de prolatando nobis imperio agi rem, sed de Hungariae et Illyriae sumus extremo periculo. Cernimus deliberari, an quasi excurrens incendium restringere, an opes et libertatem et nostra corpora diripiat Turcus, nefarius carnifex, an denique nostra religio in foedissimam Turcorum superstitionem mutanda sit?

Et quis igitur vel propulsandi belli vel inferendi utilitatem, honestatem, necessitatem non videt?

¹ subiecto S

² Senonemque BE

³ nostrum BE

⁴ Cf. Livius, 5, 33-35. Iustinus: *Epit. Hist. Phil. Pompei Trogi*, 24-25

⁵ hanc gloriam a nobis : a nobis hanc gloriam BE

⁶ Cf. Sallustius: *De bello Jugurthino*, 31.21

⁷ pater beatissime BE

⁸ Oration *Cum bellum hodie* [45]

⁹ succensi S

¹⁰ prosequamur S

¹¹ Here begins a lacuna in BE, after the manuscript used by Beltran as his lead manuscript, the Biblioteca Apostolica Vaticana / Ottob. Lat. 1834. The lacuna ends in section 18

¹² Proverbs, 24, 11

¹³ potentium S, T

¹⁴ Source not identified

¹⁵ passum S, T

¹⁶ beatissime pater : pater

beatissime S

¹⁷ minus T

¹⁸ omit. T [blank space]; omit. BE

¹⁹ quidem BE

²⁰ John, 10, 11

²¹ Deuteronomy, 24, 12

[13] Superest, clementissime pater¹, ut mei² principis voluntas tibi aperiatur, in quo certe nihil ambiguum loquar, quod interpretatio audientium trahat, depravet aut dirigat forte, quo velit, neque dimittam caligine a³ generali promissorum vanitate incertum. Est certe, beatissime pater, deditissimus semper Philippus, dux Burgundiae, apostolicae sedis auctoritati. Est idem natura duce Turcorum hostis, qui natus his fere diebus est, quibus praestantissimus ipsius genitor proelium acerrimum cum Turcis iniit, cujus ardor adversus Turcos a pueritia cultus non intermissus est, sed semper auctus, cui flagrantia major te aspirante afflatur et provocatus injuria Turcorum optavit semper sacros in curam belli labors, optavit ancipites inire pugnas, optavit inferre hosti vulnera atque pro fide Christi vulnera pati, si oportebit.

[14] Itaque haec tibi {91r} gradatim dicimus, primum si *majorem caritatem*⁴ *nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis*,⁵ vide quanto fervore et animo et religione pro Christianis omnibus instinctus nuncupaverit votum, et obsecro, ne quis veritatis hostis virtuti invidet, mussitet, garriat, vellicet, allatraretque principem⁶ bonum. Ipsius voti tenorem audias, votum spectasne, pater beatissime, ut princeps noster ad dignitatem et gloriam natus agit in isto suo voto religionis ardore omnia, ut agit consilio, agit per summum ordinem, agit exemplo bonorum et fortium principum heroicorum. Etenim sicut⁷ apud Homerum Helenus suadet Hectori ceteros sedere Trojanos, quodque divus Hector idem singulari certamine pugnare provocet principem Argivorum⁸, intueris, pater beatissime, ex ipso voti contextu nostrum Burgundiae invictum ducem exemplo Jepte ponere animam suam in suis manibus. Nam, ut pugnax David religione armatus Goliath⁹ gigantem duello petiit, Philippus, noster dux, Turcorum principem duello cuperet aggredi, cuperet Christianos cunctos incolumes, se vero unum offerre periculo pro universis.

[15] Cernis ex ipso tenore voti, quod cohortatur Thucydides, historicus Atheniensis, ut enim ille Periclem sapientem {91v} appellat, qui censet aequi juris esse accusare eum, qui supra vires aliquid admolitur vel gloriam ad se non pertinentem affectat. Sic sibi vides moderari principem nostrum, ut quamquam flagrat adversus Turcos, tamen non solus¹⁰ supra vires hanc rem aggreditur, ne censeatur vim ipsam et naturae et fortitudine contemnens, neque sibi ducatum arrogat belli, vel primus properare vult, ne liberare studens Graeciam non gratiam ineat, sed trahat invidiam et aliorum principum laudem regumque gloriam praeripere videatur. Aspicias rursum - quod propositum esse debet omnibus exercituum gubernatoribus peritisque principibus rei militaris - conditiones voto adjectas, quibus, si patriae suae pacatae et securae consistant, et nisi corporali distingatur infirmitate, in hanc sacram expeditionem in Turcos dux noster pollicetur se profecturum. Harum autem conditionum haec fundamenta sunt, haec membra, haec¹¹ necessitas, cui omnia cedunt.

[16] Insuper debitus a principe subditis amor, quos tuendos capitis sui periculo accepit. Deinde constantia, ut expeditus metu et periculo rerum domesticorum possit incoepta expeditionem tueri,

¹ pastor S, T

² me T, BE

³ aut S

⁴ omit. S

⁵ John, 15, 13

⁶ omit. BE

⁷ sunt S

⁸ Archinorum S; Archivorum T

⁹ Godliam S

¹⁰ solum BE

¹¹ omit. S

et libero animo cursum suum dirigere valeat. Adeo vides, beatissime pater, votum plenum animi, plenum consilii, plenum {92r} moderationis atque constantiae. Hoc ut perficere implereque valeat, pacatum ipsum efficias, expedit circumfususque reges Franciae, Angliae Eburonumque populos¹ et Germanorum oportet componas invicem. Quod si ex sententia continget, nolo tibi commemorare Curios, Martios, denique Mamertos, quos - ut legimus - aetas a proeliis avocabat². Postremo Priamum ipsum senem, quem non modo aetas, sed etiam leges pugnare prohibuerunt. Jam enim princeps ipse tametsi non arrogat sibi, ut solus Turcorum potentiam refrenare possit et repugnare³, non sibi derogat tamen, quin, etsi annum tertium et sexagesimum aetatis suae exegerit, velit cum serenissimo domino imperatore, velit cum Christianissimo rege Francorum, velit in Turcos cum exercitu digno signa inferre.

[17] Quod si res ista, ut a te dicitur, prolixam infert cunctationem, ne quid novum mutatumque in nostro principe quispiam suspicetur, utque nihil claudicans in nobis experiaris, nihil aberrans, affuit clarissimum pignus, Joannes, dux Clivensis, princeps principis nostri, qui tibi animum saepius aperuit. Tu illi nobisque ultro dixisti te non intermissurum studia pacis inter principes instituendae, teque aestate proxima stipendiarii militis exercitum ad octoginta millia cum ex Italis, Germanis, Hungaris posse conflare. Ille⁴ {92v} hoc casu principis nostri⁵ nomine quattuor millia peditum et duo millia equorum obtulit, Christo et tibi detulit exercitu constante. Tu quid tum pollicitus sis, meministi.

[18] Nos conditionum, quas adjecimus, te non speramus oblitum. Certiorem quidem conveniret fieri ex te principem nostrum, quo in statu res tuae ducantur. Nam ut scitis hic Mediolansis princeps et peritissimus belli bene nudiustertius aperuit et sapienter, non temere domo⁶ migrandum⁷ est armato militi, cui magis poenitere coepisse liceat quam inde discedere. Altissimis vero animis abisse domum et segniter re infecta redire videtur indecorum, cunctando ceteros consumere copias ineptum. Vetat enim Ulixes apud Homerum Diomedem armatum esse et otiosum esse in armis.

[19] Quapropter, beatissime pater, virtute tua compone principes, allicere tua religio. Stude, si qui desides sunt. Tua prudentia placa turbatos. Nam ex principe nostro, si non interturbabitur, habiturus es, quidquid patientur⁸ tempora, feret oportunitas rerum suaque dignitas efflagitabit. Explicit. Laus Deo⁹.

¹ *omit.* BE

² *anotabat* S

³ *oppugnare* S

⁴ The Duke of Cleve

⁵ principis nostri : nostri principis
S

⁶ Here ends the lacuna in the
edition of Beltran, beginning in
section 11

⁷ *grandius* BE

⁸ *patienter* BL

⁹ Explicit. Laus Deo : *omit.* S; Dixi
T

22. Oration “*Longo belli onere*” of Albert Hangásci, ambassador of Hungary (26 September 1459, Mantua)

At the end of the grand assembly on 26 September, which opened the formal deliberations of the Congress of Mantua, the pope received the embassy of King Matthias of Hungary. The diplomatic situation was complicated by the fact that a dissident group of Hungarian nobles had elected the emperor, Friedrich III, as King of Hungary. This naturally caused a major conflict between king and emperor, a conflict which certainly did not help the pope’s efforts to unite the Christian princes in a common war against the Turks, for whom an invasion of Hungary would be the next step in their war of conquest against Christian Europe.

Instead of delivering a passionate plea for help against the Turks, the Hungarian ambassador, Albert Hangásci, Bishop of Csanad, chose to use the occasion to attack the emperor for accepting the dissidents’ election and for waging an armed conflict to gain possession of the kingdom.

In his *Commentarii* the pope wrote about the event:

There were also some ambassadors from Hungary, who were then given a chance to speak to the congress – they came last because they had come to ask for help. After applauding the pope for his concern for the common good, they launched into a lengthy diatribe against the emperor. He had added to Hungary’s troubles, they said, by attacking them when they were already under threat from the Turks and had thus plunged their kingdom into further disarray.

Hearing this, the entire assembly began to murmur against the emperor, but his envoy, who had no experience of public speaking, was afraid to stand up before such a large crowd to refute the accusations.

Then the pope intervened: “Men of Hungary, what you say is both irrelevant to our cause and damaging to it. We are here to discuss a crusade against the Turks! We have taken your cause to heart, and we are trying to rouse the emperor – and every other Christian, for that matter – to arms in order to help you. You came here to ask for support; will you insult those who can assist you? This is no way to help your kingdom, nor is this the place to throw accusations about. Arrogance sits ill with your neediness. We know the emperor loves justice, nor do we think your king is not an honourable man. True, they are at odds over your kingdom, but neither thinks his cause is unjust. When each of them comes to see the truth of the matter, he will acknowledge it. We must try to restore good relations between them. We have already sent them one ambassador; we will send another if need be; we will do everything we can to reconcile these princes. In the meantime, let us turn our attention to the matter at hand. We shall have no quarrelling here, nor any word of abuse.”

The Hungarians were struck dumb on hearing this. Everyone else applauded the pope's words and unanimously voted in favor of a crusade against the Turks. The congress then adjourned for the day.¹

Manuscripts

- **Göttingen / Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek**
8 Philos. 88,, 47r-54v (T)
- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Ottobon. lat. 905, ff. 31r-34v (V)
- **Salzburg / Erzabtei Sankt Petri**
b VIII 15, ff. 132v-139v (S)

Editions

The oration has not been published previously.

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

The edition is based on all three manuscripts listed above.

Pagination is from the Göttingen manuscript.

¹ CO, III, 33 (Mesev, II, p. 139-141)

Oratio ad sanctissimum in Christo patrem dominum, dominum Pium, divina providentiam papam II., habita per ambasiatores serenissimi regis Hungariae Manuae in consistorio publico¹

[1] {47r} Longo belli onere fatigatos et paene jam desperatos de salute in spem certissimam erexisti, beatissime pater, cum statim in tuae² vocationis initio titubanti Christi sanguine redempto populo paterna sollicitudine et cura subvenire statuisti. Bellum utputa, quod dudum beatissimi praecessores³ tui contra Turcum⁴, crucis Christi et religionis nostrae hostem crudelissimum, statuerunt⁵ exequendum, magna diligentia et pietate suscepisti. Quid enim aut diligentius aut majori sollicitudine hoc fieri potuit quam succesoris piscatoris nedum dirigentis, sed vix conscendentis navim tanti molem belli, tanti oneris {47v} pondus subire statuiste: haud⁶ par quidem huic sollicitudini et curae sanctitatis tuae praecessorum suorum labor. Quod enim illi vicaria facie conati sunt, id tu incredibili quadam admiratione, non dignitati, non aetati, non passionibus, non infirmitatibus corporis et aestui parcens, praesentia tua exequendum suscepisti. Magna certe haec⁷ sunt pietatis officia, magna caritatis affectio, magna proximi compassio! Recte pio⁸ Christi vicario digna ostendisti⁹, beatissime pater, in hoc promotionis exordio, et quod titulus sonat, et quod officium exigit.

[2] Quid enim sanctius aut magis placens Deo esse potest quam eripere animas Christi domini pretioso sanguine redemptas, quas diabolus sustulit, praeservare, surripere quas conatur. Quid vero plus pium hoc fieri poterit quam pro Deo, religione, et fide certare. Si enim¹⁰ inter pietates aliquid distat, haec sine dubio major est¹¹, quae pro Deo exercetur et fide. Mahumetes¹² enim jamdudum Christo domino salvatori nostro bellum intulit, quod sui sequaces non tam pertinaciter quam¹³ crudeliter et immanissime persecuti sunt et ita prosequuntur, ut¹⁴ non jam pro gloria belli, non dominandi libidine, non vectigalium jure decertent, sed ipsum Christi domini nomen et fidem, quam dedit, delere et exterminare contendunt et facile posse sibi persuadeant. Hac ergo pietate non ab re mota sanctitas tua, nihil hac aetate praestantius, nihil utilius, nihil sanctius, nihil se et Christi vicario dignius et cogitare et {48r} agere potuisset. Nec quidem nobis dubitandum est, quod hanc intentionem sanctitatis tuae et curat Deus et dirigit utputa¹⁵, qui ei¹⁶ inter ceteras gratiae suae amplitudines tam honesti propositi¹⁷ et sanctissimi operis occasionem ac simul opportunitatem dedit, rectum scilicet modum et ordinem, quo sanctissimae intentionis suae saluberrimum exitum pariter et effectum statuatur.

¹ Oratio pro gloriosissimo invictissimoque Ungarie rege in conventu Mantuano habita T; Oratio habita per reverendum in Christo patrem dominum Albertum de Angach, episcopum Cenadiensem, serenissimi regis Ungarie oratorem in ecclesia cathedrali in consistorio publico

statim post illam reverendissimi domini cardinalis Niceni V

² tuo T

³ predecessor.. et passim S, V

⁴ Turch... et passim S; Turca... et passim T

⁵ statuerint T

⁶ aut T

⁷ certe haec : hec certe V

⁸ pro V

⁹ ascendisti S

¹⁰ vero S

¹¹ omit. S

¹² Mahumetes S; Mahometes T; Maumetes V

¹³ sed S

¹⁴ et S

¹⁵ utpute S, T

¹⁶ et T

¹⁷ populi S

[3] Hic enim ordo susceptus a sanctitate tua quanto differentior est ab viis observatis per beatissimos praecessores tuos, tanto utilior fructuosiorque haud dubitatur. Necessarium profecto fuit, ut proruenti monarchiae summus ipse monarcha provideret. Hostis quidem ipse noster, beatissime pater, fortis est, potens est, crudelis est, immanis est, et ut sententiam sanctitatis tuae amplectar¹, magis bestia quam homo appellandus est², cujus origo, unde coeperit, quomodo creverit, quomodo concesserit, et ad quid ambiat, nullus neque rectius, neque verius, et clarius dicere poterit, quam contineant litterae sanctitatis³ tuae, quibus sanctitas tua dietam hanc necessariam et indixit et promulgavit.⁴ Ad hujus igitur tam immanis hostis, non se satiantis humano sanguine - immo aptius dixerim virosi draconis et beluae furientis - rabiem extinguendam provisura sanctitas tua, dietam hanc convocavit, quam faxit Deus, ut ita felix fructu faustaque sit, quam diligenter, sollicite, et fideliter a sanctitate tua et curata et procurata extitit.

[4] Hortata namque fuit sanctitas⁵ tua omnes principes ecclesiasticos et saeculares ceterosque potentatus et nobiles Christi {48v} fide insignitos, qui ad hanc rem aliquid praesidii afferre possunt. Et inter ceteros tam litteris apostolicis quam per medium reverendissimi patris domini cardinalis sancti angeli, sanctitatis tuae legati, singulariter requisivit et monuit serenissimum principem nostrum, dominum Matthiam, regem Hungariae, ut ad kalendas Junii⁶ jam praeteritas personaliter, si posset, in hunc locum ad sanctitatem tuam se contulisset, vel si quacumque ex causa id non posset, mitteret de latere suo viros graves, consilio et auctoritate pollentes, qui et necessitates Hungarorum dicere possent, et praefati regis nostri intentionem animumque simul et potestatem haberent responderentque pro eodem.

[5] Haec itaque, beatissime pater, cum primum ad notitiam ejusdem Matthiae regis suorumque principum, praelatorum, baronum et ceterorum consiliariorum deducta sunt, et primae⁷ litterae sanctitatis tuae lectae, demum etiam adhortationes et incitamenta dicti domini sancti angeli legati audita extiterunt, ita quidem nostrorum jamdudum inter spem et metum⁸ vagantes animos penetrarunt, ut⁹ propter incredibilem ex hinc susceptam laetitiam, alios lachrimantes, alios - etiam graves viros - plausu exultantes cerneret, haud aliter cum post procellosi maris¹⁰ fluctibus diu agitata navicula prope portum salutis quietatum mare acceperit.

[6] Tunc in primis rex ipse, dehinc omnes, qui aderant, Deum magnificarunt et ei, quantas valuerunt, gratias humili corde funderunt, qui te elegit, te vocavit, tibi que talis gregis sui curam commisit, {49r} qualis ante prodesse incipias quam praeesse, dirigere magis cupias quam regere, et non nomine tantum quantum factis verum te Christi vicarium mundo declares et commonstres pontificem, scilicet sanctitatis¹¹ antiquae dignum, cui divinae miserationis tempora occurrerent.

¹ amplectar V

² quam homo ... est *omit.* S, T

³ beatitudinis V

⁴ Here, the orator is referring Pius II's bull *Vocavit nos pius*, of 13 October 1458

⁵ beatitudo V

⁶ Junias T, V

⁷ primo V

⁸ et metum : metumque T

⁹ et S

¹⁰ procellosi maris : procellosis

S, T

¹¹ tuae *add.* S, T

[7] Post itaque peractas gratias coepit praefatus rex dies noctesque consultare et deliberare, quo personaliter accederet. Urgebat mandatum sanctatis tuae¹. Persuadebat identidem succedentis provisionis et praesentia sua facilius utiliorque effectus. Ardebat² tamen super³ omnia conspectu et aspectu sanctitatis tuae tamquam vivae Dei imaginis in terra delectari, illam contemplari, venerari, colere, et de suis et regnorum suorum necessitatibus secum cominus⁴ conferre, fecissetque, nisi regni necessitas et impendentis discriminis vicinitas prohibuisset. Nam hostis ipse quotidie instat, quotidie rapit, et in dies viciniore rebus nostris mala mittit⁵ et ingerit. Cum igitur his et multis aliis dignis rationibus personalis accessus serenitatis suae fieri posse non videretur, coepit majestas sua⁶ instare, fervere et curare, quo ex latere suo complures principes, praelatos et barones, et auctoritate et gravitate ac consilio⁷ praecellentes, mitteret. Eligit, deputat, et viae necessaria parari mandat.

[8] Tum⁸, ecce, procurante humani generis inimico, alia rebus nostris turbatio succedit. Serenissimus namque dominus Friedericus, Romanorum imperator, rebus Hungariae se ingerit, regem nominat. Ipsi quoque domino Matthiae et suis fidelibus {49v} subditis, antequam indiceret, bellum infert, certosque ex subditis ejusdem regis Matthiae, qui ipsum sponte elegerant, vota sua in eum contulerant, et super se regem constituerant, sibi que fidelitatem et oboedientiam juraverant, ab ipso rege Matthia turpiter⁹ deficere¹⁰ sibi que adhaerere curat. Inter regnicolas schisma jacet, fitque, ut idem Matthias rex provisionem, quam adversus fidei hostem paraverat, in sui suorumque juris defensionem convertere cogeretur, plures etiam ex principibus et consiliariis suis, qui ad hanc dietam venturi erant, magis domestico periculo vitando quam extraneo periculo¹¹ subsidio quaerendo intendere disponent.

[9] Nihilominus tamen idem Matthias rex, magis ponderans fidei jacturam quam suam propriam¹², quam totius regni sui¹³ periculum, circumspecta providentia singulis occurrentibus rebus, quantum in se fuit, quantum potuit, quantum vires suae partitae valuerunt, opportunum¹⁴ remedium adhibere conatus est. Munivit in primis armatis copiis vada Danubii, per quae verisimiliter dubitavit Turcum in Hungariam bellum transferre posse. Deinde defensioni¹⁵ juris sui et suorum contra vim ex parte praefati imperatoris illatam non superintendere non potuit.

[10] Postremo curam habuit huic conventioni sanctissimae et¹⁶ voto beatitudinis tuae satisfacere. Ex praeordinatis principibus et consiliariis¹⁷ suis misit hunc spectabilem et magnificum comitem Stefanum de Frangipanibus et hos venerabiles et praestantissimos patres, me quoque adjunxit, mentem suam {50r} aperuit, informavit, et mandatum dedit de omnibus, quae sui parte in hac sacratissima conventionem dicenda, facienda et concludenda erant. Adsumus modo, astamus, et sanctitati tuae ceterisque regibus et principibus ecclesiasticis et saecularibus eorumque oratoribus

¹ vestre S

² cadebat S

³ supra S

⁴ communis V

⁵ committit T

⁶ omit. V

⁷ concilio S

⁸ cum V

⁹ omit. S

¹⁰ defecere S, T

¹¹ omit. S, T

¹² suam propriam : propriam

suam V

¹³ totius regni sui : sui totius regni S

¹⁴ optimum T

¹⁵ defensione S

¹⁶ ut S, T

¹⁷ principibus et consiliariis : consiliariis et principibus V

hic praesentibus tamquam oratores regis Hungariae nos praesentamus, personas nostras exhibemus, et offerimus eundem Matthiam regem suosque principes, praelatos, et barones et totum ipsum regnum Hungariae ceteraque regna et dominia sibi subjecta nosque eorum nomine ad omnia illa, quae pro tutela fidei, religionis et Christi sanguine redempti populi quodlibet fuerint opportuna.

[11] Restat¹ modo, beatissime pater, dicere de fide et devotione praefati regis et suorum ad beatitudinem tuam et ad sanctam sedem apostolicam et itidem² de ejusdem regis et illustris quondam genitoris sui clarissimis meritis et virtutibus, nisi illa³ nuper per reverendissimum patrem meum dominum Corbaviensem hic praesentem et collegam suum sufficienter absoluta crederem.

[12] Taceo etiam dicere de belli hujus justitia, quae tanta est, quod nisi injuste omitti non potest. Quod enim justius bellum umquam esse potuit quam cum eo hoste, de quo nullo iudice, nullo arbitro nisi armis et bello jus tuum consequi potes? Praeterea de utilitate ejusdem, in quo si Christianis principibus cor et voluntas contra eum hostem arma sumendi non defuerit, impensamus - mihi credat beatitudo tua – praeda, laborem, fructus multo⁴ erunt⁵ superatura. Omitto etiam de⁶ ejusdem belli necessitate⁷ {50v} multa ingerere⁸. Ita enim necessarium est, ut, nisi fiat, hostis ille immanis monarchiam Christi sanguine redempti populi⁹ subversurus sit¹⁰. De his enim et de multis aliis, quae ad rem, quae in manibus est, pertinent, audivimus nunc sanctitatem tuam¹¹ ac simul reverendissimum cardinalem Nicenum amplissime disserentes, per nonnullos etiam oratores praestantissimos viros, qui nos praecesserunt,¹² satis superque abunde dictum esse non dubitamus, duo superesse officio nostro arbitrantes dicere, scilicet de necessitatibus regni Hungariae et de magnitudine animi praefati regis nostri et suorum contra hujuscemodi nominis et naturae nostrae publicum hostem.

On the crisis in Hungary

[13] Libet igitur pauca de necessitatibus Hungariae in medium proferre. Hungariae regnum olim potens et dives non solum rationem tutandorum finium suorum habuit, sed etiam curam tulit¹³ vicinorum¹⁴ regnorum, quae ab ipsis fidei nostris hostibus non impeti tantum, quantum obrui cerneret. Testes sunt Romania, Rascia, Bulgaria, Bosnia¹⁵ et utraque Wallachia, in quibus multa saepe acerbissima proelia modo prosperis, modo contrariis eventibus¹⁶ et excepit et intulit.

¹ restaret V

² ididem S; item V

³ omit. T

⁴ multa S

⁵ omit. S, T

⁶ omit. S, T

⁷ necessitatem T

⁸ingere S; urgere T

⁹ redempti populi : redemptam

S, T

¹⁰ est S, T

¹¹ omit. S, T

¹² At the opening session of the Congress of Mantua, on 26 September 1459, the pope gave his grand oration *Cum bellum hodie* [45], followed by an oration of Cardinal Bessarion. Afterwards, according to this text, some ambassadors gave orations in response to the pope's and the cardinal's orations. Among them

were the ambassador of Burgundy, Bishop Jean Jouffroy, who delivered the oration *Frequentiam principum*

¹³ omit. S, T

¹⁴ tunc add. S, T

¹⁵ Boshu... et passim S; Bothna et passim T; Bosna et passim V

¹⁶ ruentibus S

[14] Sed jam Hungaria longo belli onere¹ fatigata, quassata, viribus et opibus exhausta², quod aliis praestare consueverat, subsidio et auxilio ipsa eget, quandoquidem a duobus mundi maximis principibus, ab oriente scilicet Turcorum domino quatitur³, qui fere jam toti orienti imperat⁴, ab occidente vero a praefato Friderico, Romano imperatore, injustam vim armaque patitur, sed haud par⁵ utriusque propositum: ille ut excussa religione {51r} christiana in peregrinos ritus moresque transformet. Iste ut injuste occupet nolentibusque imperet.

[15] Uterque instat, uterque turbat, uterque molestus est, sed alter⁶ altero differentius: ille siquidem immanissimus et fidei et naturae nostrae hostis post subactam plusquam brevi Graeciam et cetera regna vicina aliasque et dictu et memoratu miserandas terras⁷, alias super alias cladibus completas, superbo ludibrio, ruina, funeribus⁸, servitute, religionis quoque⁹ jactura deformatas¹⁰ in suos detestabiles usus¹¹, ritus legesque ac infidelium¹² commercium invertit. Tandem adusque ferme Europae pervagatus¹³ umbilicum, Hungariae adhaesit lateribus. Miretur¹⁴, beatissime pater, qui novit, quo pacto ad tam dura patienda potius quam propulsanda patria illa sufficiens fuerit, quae nisi stetisset fide, opibus non fuisse staturam. Jam prope octuaginta¹⁵ numeramus annos, quibus paene continuis furiam illam facemque bellorum sustulimus in privatam curam, in privata unius gentis arma conversam. Stetimus utcumque multis cladibus, bellis, funeribus exhausti, doloribus afflicti, occisione occisi. Quot bella gessimus, quantum sanguinis profudimus, quot caedes, quod mortes dedimus pariter et intulimus, nemo est, qui explicare valeat.

[16] Quandoquidem per tot annorum curricula nullo umquam tempore aliqua fida pacis condicio¹⁶ cum eo hoste teneri potuit, veluti cum eo, qui nec verax est¹⁷ nec veritatis amicus, sed semper si non apertum, suspectum tamen ex eo hoste bellum habuimus. Saepe etenim numero illatum priusquam ostentatum persensimus. Quantum¹⁸ terroris¹⁹ pavorisque²⁰ meminimus: {51v} visa²¹ crebro insperata hostium castra e muris²², flagrantia tecta, ploratibus fuga, angustiis omnia completa. Praeterea vastationes rurium, lugubres domos, obnoxia fratrum nostrorum corpora hosti proposita²³ ludibria, victorum²⁴ jugum hostile, foedi²⁵ captivorum agminis miserabilem viam, quodque²⁶ plura brevi complectar, plusquam hostilia passi, sed quantumcumque²⁷ difficilia²⁸ pati²⁹ maluimus quam servire, semperque fidei quam rerum damna graviora duximus³⁰.

[17] Sed haec³¹ post recuperatam semel et multo sanguine multorumque fortium vita militum ereptam de manibus praefati hostis Rasciam intermissa aliquatenus fuerant, nec tanta vi et

¹ curae S

² exhaustis S, T

³ omit. V

⁴ quatitur add. V

⁵ per S, T

⁶ alterum V

⁷ aliasque et ... terras omit. S, T

⁸ funeribusque T

⁹ religionis quoque : religionisque S, T

¹⁰ deformatus S, T

¹¹ omit. V

¹² em.; in fide linguae codd.

¹³ pervagata S, T

¹⁴ meretur S; miretur corr. ex

meretur T

¹⁵ octoginta S, T

¹⁶ concio V

¹⁷ omit. S, T

¹⁸ quam cum S

¹⁹ terrorum S

²⁰ pavorumque S

²¹ nisi S, T

²² e muris : eminus V

²³ opposita V

²⁴ victoris S

²⁵ sedi S

²⁶ utque V

²⁷ quantumque S

²⁸ difficulta S, T

²⁹ omit. T

³⁰ diximus S

³¹ hic S, T

tempestate uti in nos hosti licitum erat. Fluvium Histrum pro muro habebamus, neque semper, cum vellet, in sua, sed in nostra potius potestate erat aut conserere manus, si vellemus, aut ripa Danubii hostis arcere transitum. At¹ nunc, cum² ex prodicione perfidi illius regis Bosniae³ et filii sui castrum et civitatem Zendren⁴, quae caput Rasciae et sedes ducalis in eadem est, locum⁵ supra ripam⁶ Danubii munitissimum, iterum⁷ accepisset, jam pro libito suo majori in nos licentia, quam fuerit prius⁸, et⁹ furit et fertur. Infert bellum, cum vult, et, cum nolit, abstinet. Incursat, vastat agros, diripit capitque, et abigit¹⁰ homines pariter¹¹ et bestias. Nulla differentia inter hominum coetum et pecudum greges: pelluntur pariter pariterque venduntur. Hoc solum interest, ut ligatos compeditosque¹² homines, bestias vero liberas cernas. Sed heu, graviora etiam his patiuntur, nec satis est corpus in servitutem redigisse: ipsam quoque animam sponsione infami obligant, et nomen Christi fidemque ejus¹³ negare compellunt.

[18] {52r} O, passi mala, pejora timemus? Sed quid? Jam diu pessima patimur. Accepi ego¹⁴, beatissime pater, certitudinaliter¹⁵ quod post prodicionem¹⁶ illius Castri Zendreni tota illa patria a Danubio usque ad fluvium Marusii, quae in ambitu supra quadraginta milliaria Italica continet, relictis omnibus migrabat potius quam fugiebat. Videres¹⁷ nunc, beatissime pater, tot praegnantes, tot senes, valetudinarios repere potius quam fugere, tot colla matrum vagientium onerata infantium ponderibus, tot projectos secus viae latera, infantes fame et difficultatibus itinerum periclitatos complurimos. Ha, cujus tam saxeum pectus, quem tot christiani populi miseriae miserationum dignae ad commiserationis lacrimas non emolliant. Nihil tutum, nihil integrum, nihil tam stabile patria illa¹⁸ continet, quod hostis hujus terrore motum non existat.

[19] Patitur etiam multas alias calamitates Hungaria non solum a praefato fidei nostrae hoste, sed etiam a vicinis nostrae religionis Christianae professoribus principibus, ac simul a quibusdam malis Christianis, et item ab intestini belli morbo, quo viginti jam et uno supra fere¹⁹ continuos²⁰ laborat annos. Quae si²¹ singula pro sua conditione quivis etiam doctus et bene exercitatus orator explicare voluerit, sine dubio nox prius adimet diem, quam finem det oratio. Vereor etiam ego, ut si²² his diutius insistere voluero, praeter intentionem ab hostibus crucis ad querelas contra fidei pares et²³ socios sermo se diverteret²⁴, incultus et solito se longiorem exhibens sanctitati²⁵ tuae et ceteris hic praesentibus fastidium taediumque generet.

[20] {52v} Hac igitur ratione dimissa ad concludendum munus susceptum properare festinabo, hoc unum subticere non valens, quod si impedimenta et turbationes, quas praefatus Romanorum imperator regi et regno nostro intulit, occasionem non praestitisset, Castrum Zendren²⁶ fidei et

¹ ac S, T

² tamen S

³ Boshue S; Bothne T; Bosne V

⁴ Zendrenum V

⁵ locus S, T

⁶ libram V

⁷ iter S, T

⁸ fuerit prius : prius fuerit V

⁹ omit. V

¹⁰ ambigit S, T

¹¹ omit. S, T

¹² compeditesque T

¹³ omit. V

¹⁴ ergo S, T

¹⁵ omit. S, T

¹⁶ predacionem S, T

¹⁷ videns S, T

¹⁸ ista T

¹⁹ vere T

²⁰ continuat S, T

²¹ omit. S, T

²² in add. S

²³ ut S

²⁴ divertet V

²⁵ beatitudini V

²⁶ Zendrenum V

nostrae destructionis janua Turco tradita numquam¹ fuisset. Cujus quidem castris amissio haud minus vulnus et damnum, si recte pensetur, Christianitati intulit quam civitatis Constantinopolitanae perditio². Ex illa patuit hosti via maris³. Ex isto paratam firmae⁴ terrae viam habet, quocumque se divertere⁵ statuerit. In illius ambitu quidquid erat, jamdudum tempestas illa absorpserat. In istius vero circuitu integra repperit omnia virium suarum fomenta. Nihil illinc praeter Constantinopolim cernebat, quod optasset. Nihil istinc aspexit, in quod non praeceptum magis quam providus feratur, et ita fertur, quod vix horam, vix diem⁶ interisse patiatur, quod non instet, quod non rapiat, quod non acriora, quae poterit, mala rebus nostris inferat et ingerat in tantum, ut quilibet facile intelligat non ad⁷ vindictam solum, sed ad⁸ supplicium de nobis sumendum eum intendere.

[21] Tot igitur bellis, tot cladibus, tot denique funeribus viribus et opibus exhausta Hungaria in eam necessitatem redacta⁹ ¹⁰ est, ut nisi sanctitatis tuae ceterorumque principum et potestatum Christianorum cura, provisione, subsidio et auxilio relevata, adjuta liberataque fuerit, necessario recipiet¹¹ leges, quas dederit hostis. His igitur curis, his difficultatibus, his quoque perplexitatibus implicitos et inter spem et periculum fluctuantes nostrorum animos mirum in modum praesenti cura et sollicitudine erexisti, beatissime pater¹².

[22] Nam etsi {53r} ipsi regi nostro ejusque principibus et utriusque sexus magnatibus defendendi se resistendique hosti numquam defuerit animus, quinimmo semper omnes una sententia emori magis pro fide elegerint quam cum jactura religionis nostrae hostis ludibrio colla submittere, nihilominus tamen, cum hostem ipsum numero, potentia, viribus, et opibus longe nobis superiorem esse cognoscamus, non metuere fortunam non potuimus. Ille namque quotidie crescit, nos decrescimus. Ille nova rerum opulentia semper recens gloriatur, nos continuum fidei et religionis sociorum vectigaliumque casum deflemus. Ille detestabilis sui ritus participum¹³ concursu¹⁴ semper auget vires. Nos injuste¹⁵ principum Christiano nomine gloriantium vi et armis semper laceramur, disjungimur, et ut minus fidei defensionem ageremus, adeo impedimur et turbamur, ut, nisi stetissemus animo, jam desperationi parata et subjecta esse omnia cerneret. At nunc non solum desperationem sustulisti, sed etiam animos sponte firmos firmiores hac diligentia et plusquam duplicatos reddidisti.

[23] In primis rex ipse noster magno et forti animo in hostem fertur, et ita fertur¹⁶, ut offerenti nuper se Turcorum exploratori nec dum cognito et nomine despota¹⁷ Moreae sciscitanti, an rex cum Turco bellum vel pacem statueret, respondit numquam cum Turco se pacem habiturum nec quieturum, donec Turcus ex Europa pellatur. Et simili animo reverendissimo domino sancti angeli legato persuadente¹⁸, ne cum Turco aliquam intelligentiam caperet, facile respondit neque pacem neque

¹ non S, T

² amissio T

³ via maris : maris via T

⁴ ferme S, T

⁵ se divertere : vertere se T

⁶ vix horam vix diem : vix diem vix horam V

⁷ omit. S, T

⁸ et T

⁹ perducta V

¹⁰ eam necessitatem redacta : ea necessitate predicta S

¹¹ recipiat S, T

¹² beatissime pater : pater beatissime T

¹³ participium S; participium *corr.* ex participium T

¹⁴ concursum V

¹⁵ *em.*; injusta codd.

¹⁶ et ita fertur *omit.* S

¹⁷ despota S

¹⁸ persuadenti V

treugas ad eventum huiusmodi dietae se cum Turco facturum¹, {53v} etiam si hoc cum maximo regni sui damno fieri contingat. Movet² ipsum praecessorum suorum³ fides et institutio, paterna gloria et dignitatis suae ratio, ut enim praecessores virtute superet, paternae gloriae imitator fiat, et his, quibus praeest, opportuna defensionis et iustitiae modum effectumque statuatur. Magna vi animi contendit. Praecessorum suorum⁴ fide et constantia laetatur. Bella gesta per genitorem suum, et praesertim cum eo proposito et animo ille bellum suscepisse referatur, ut Turcus ex Europa pelleretur, quam libenter audit, hocque sibi reservatum et ad hoc se regem constitutum esse maxime gloriatur, nec velle differre aggredi facinus quam primum opportunitas sibi praestabitur et facultas, illam paternam saepe revolvens sententiam: non expertem se futurum gloriae sive bene vincentis sive bene morientis fortuna laudetur.

[24] Simili quoque animo et intentione omnes principes ejus omnesque magnates utriusque status et tota regni nobilitas ardent. Alius paternae necis vindicem se offert, alius fraternae necis⁵ injuria pulsatur, alius maternae servitutis infamiam simili effectu⁶ compensare molitur, plures conjugum, liberorum et amicorum casum. Nam nemo est in Hungaria nobilium, qui crudelitatis hostis huius non expers non existat. Etiam morte propria se vindicatos offerunt. Alii vero fidei jactura supra⁷ omnia perculsi magis appetunt⁸ mortem quam videre velint fidei nostrae Christianae religionem nefando Mahumeti ritu⁹ in Hungaria deformari. Ita omnium, beatissime pater, erecti sunt animi, ut nemo sit in Hungaria, nemo indigena illius patriae reperiatur, qui hoc tempore fas putet de salute Christiana non ferre sententiam et magis {54r} occurrere hosti putet¹⁰ quam credere.

[25] Audisti¹¹, beatissime pater, necessitatem Hungariae. Audisti etiam¹² illius regis et suorum animum intentionemque. Offerimus viros¹³ tot bellis attritos¹⁴, opes qualescumque restant, et totum quod in nobis est. Resistemus hostis impetui. Durabimus, et omnia faciemus, quoad possumus, dummodo vestra subsidia et auxilia accipere intelligamus nobis profutura. Quod si non acceperimus, Deum testamur et homines, hactenus Hungari pleni sanguinis et sudoris¹⁵ per se semper habuerunt rationem necessitatis suae, et non suae tantum, quantum pro toto populo Christiano antemurale¹⁶ quoddam et defensionis clipeum se semper obtulerunt et objecerunt. Sed jam absque subsidio et auxilio nec ipsi possumus proficere, nec aliis prodesse putamus. Et licet hostem illum nec fugare possit Hungaria nec fugere, omittere tamen resistentiam omnino non poterit, quam etiam an sustinere valeat¹⁷, certe non satis intelligit.

[26] Age igitur, pater beatissime¹⁸, perge et sollicita, ut¹⁹ quid institutisti, citius ad effectum usque et²⁰ finem perduc et exequere: Fer citum titubanti Christiano populo remedium. Lenta enim remedia et segnes adjutores non expectant tempora nostra. Habes in Hungaria regem voto tuo

¹ recepturum V

² monet S; movit V

³ predecessores V

⁴ omit. S

⁵ vindicem se ... necis omit. S, T

⁶ affectu T

⁷ super T

⁸ omit. S, T

⁹ risu V

¹⁰ patet S

¹¹ audivisti S, T

¹² necessitatem Hungariae ...

etiam omit. S, T

¹³ vires V

¹⁴ attritas V

¹⁵ sudorum S

¹⁶ mirabile S; murale T

¹⁷ valearit T

¹⁸ pater beatissime : beatissime pater V

¹⁹ et V

²⁰ omit. V

obsequentissimum et huic tam sancto proposito ferventissimum. Habes veteranos et milites sub disciplina illustris illius genitoris praefati regis nostri institutos, tirones et adolescentes complurimos, hujus propositi et¹ intentionis sanctitatis tuae ardentissimos, {54v} in quibus non minima portio spei gerendarum rerum reponi poterit. Utere illis, ut² placet, sive ducibus, sive comitibus, dum extant, dum supersunt, qui si derelicti fidei sociorum sive desidia sive negligentia cladem ab hoste susceperint, quae spes ceteris relinquatur arbitrio sanctitatis tuae judicandum relinquo. Hoc unum scio, infamiam cum omnibus Christianis, fortunam soli Hungari persentient, jureque reputabitur desertoribus quam desertis noxe fore, solisque desertoribus³ patriae⁴. Periculum desertoribus vero futurum cum dedecore imminet, nec par erit erigere collisos⁵ quam stantes sustentare.

[27] Tuo ecce tempori servati sumus, in quo nobis e duobus unum incumbit, ut⁶ aut tuo patrocínio cum sempiterna tui nominis gloria liberati a pressura turbinis hujus Christiano nomine gloriemur, aut non sine famae tuae et ceterorum principum et potentatuum Christianorum maxima nota nomen Hungarorum et Christi fides pariter in Hungaria intereant. Juste ergo *opportune* et *importune*⁷ sollicita et cura, ut quibus spem salutis dedisti, salutem pariter largiatis et pacem. Amen⁸.

¹ *omit.* V

² dum T

³ desertis V

⁴ *em.*; patris S, T; [blank space followed by] presens V

⁵ erigere collisos : elisos T

⁶ *omit.* T

⁷ 2. Timothy, 4, 2

⁸ dixi T; *omit.* V

23. Oration “*Non est propositi*” of Gregor Heimburg, ambassador of archduke Albrecht of Austria (29 October 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Dilectissime*” [48].¹

¹ See vol. 8 of the present edition of Pius II’s orations

24. Oration “*Ne cui mirum*” of Gregor Heimburg, ambassador of Saxony (11 November 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Eruditissime*” [47].¹

¹ See vol. 8 of the present edition of Pius II’s orations

25. Oration *"Etsi juxta nostri"* of Rodrigo Sánchez de Arévalo (November 1459, Mantua)

This ambassadorial oration to Pius II was delivered during the Congress of Mantua, probably late in 1459.

Manuscripts

The oration is known to be extant in three manuscripts¹:

- **Madrid / Biblioteca Nacional**
13252, ff. 65r-69v
- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Vat. lat. 4881, ff. 212r-216r
- **Salamanca / Universidad, Biblioteca General Histórica**
2619, ff. 105v-113v **(S)**

Editions

- López Fonseca, A. & Ruiz Vila, J. M.: *Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discursos al servicio de la Corona de Castilla*. Madrid, 2013, pp. 220-245. **(LO)**
[With Spanish translation]

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

Variants from the edition by López Fonseca and Ruiz Vila are given in the apparatus with the siglum LO.

In view of the edition by López Fonseca and Ruiz Vila, the present edition is based on the Salamanca manuscript alone.

¹ LO, p. 220

Pagination is from that manuscript.

Literature

- Benziger, Wolfram: *Zur Theorie von Krieg und Frieden in der Italienischen Renaissance. Die Disputatio De pace et bello zwischen Platina und Rodrigo Sánchez de Arévalo und andere anlässlich der Pax Paolina (Rom 1468) entstandene Schriften*. Mit Edition und Übersetzung. Frankfurt, 1995. (Europäische Hochschulschriften. Reihe III. Série III; 702), p. 151
- López Fonseca, A. & Ruiz Vila, J. M.: *Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discursos al servicio de la Corona de Castilla*. Madrid, 2013, pp. 220-245
- Trame, Richard H.: *Rodrigo Sanchez de Arévalo, 1404-1470, Spanish diplomat and Champion of the Papacy*. Washington, DC, 1958, pp. 99-101 [Summary]

Oratio habita coram sanctissimo patre domino Pio II. pontifice maximo in dieta Mantuana per reverendum patrem Rodericum episcopum Ovetensem, oratorem serenissimi principis domini Henrici IV., regis Castellae et legionis

{105v} Etsi juxta nostri Quintiliani sententiam *dicendi assiduitas audaciam afferat*,¹ tanta est tamen sanctitatis tuae immensitas tantaque hujus sacri atque atque divini loci majestas, ut quantalibet quis aut doctrina aut ingenii vivacitate praeferat,urbationis vertiginem sentiat necesse est. Equidem juxta Aristotelis documenta pernobilis et superni objecti conspectum nonnumquam intellectum humanum obtenebrari contingit. Hinc Moysen {106r} ipsum, sapientissimum atque legislatorem maximum, ex consortio divini sermonis balbutias contraxisse scriptura sacra didiscimus. Ea igitur de re, beatissime pater, dum tuae sanctitatis plus quam humanum conspectum intueor, dicendi vim penitus amitto et cum Daniele exerior *dissolutas esse compages meas*.² Praebet tamen dicendi ausum sanctitatis tuae innata humanitas. Nam id ipsum imperfectum meum, quod saepe viderunt oculi tui,³ nunc maxime mansuetudine tua, illustratione tua hodierna die perfecisti mihi. Accedit divi principis tibi filii obsequentissimi jussus, cujus laus in ecclesia est. Illius igitur organo atque voce et sua, immo tua, virtute invicta nobis brevi ego perstringam, idque agam inepte satis tum ingenii tarditate mea, tum paucarum tantum horarum tempore concesso. Habiturus enim erat verbum reverendus pater dominus Legionensis, sed cum linguae mysterio id explere debuisset, linguae invaliditudinem insperate incurrit.

Felicitatem quidem finem esse omnium humanorum actuum omnis philosophantium schola perdocuit. Quo tamen tramite, qua via ad eam pertingendam sit prorsus difficile judicatum est. Nam apud nostrum Lucium Annaeum, etsi omnes beate vivere cupiant, tamen caligant oculi hominum, cum ad id pertingendum accedunt. Quae res agit, ut nihil felicitate dignum, nihil praeclarum, nil denique {106v} insigne sive rerum quadam difficultate atque conflictu attingi facere possit. Hinc apud Aristotelem monemur difficilia inquirere, ne aut paucitatem intellectus videatur nobis naturam dedisse, aut quia ex eis maximum summumque bonum jure consequimur. Is igitur, beatissime pater, ad veram felicitatem concito gressu pergit, qui maximarum rerum, quibus saepe difficultas inest, et pro re publica praesertim tuenda curam intrepidus suscepisse videtur.

Itaque serenissimus atque invictissimus princeps dominus Henricus Castella et Legionis, Cantabriae, Celtiberiae, Galliciae, Asturiarum, Baeticae, Lusitaniae, Carthaginis utriusque, Mauritaniae, Viscayae provinciarum et ceterarum rex ac insularum oceani dominus, sanctitati tuae devotissimus atque obsequentissimus filius, voluptate quadam prope singulari affectus est, cum sanctitatem tuam maximarum rerum molem, fidem catholicam concernantium, suscipere et curam gerere intellexit, tantoque intensius oblectatur, quanto per principantium omnium neminem aliud uberius atque fructuosius quidquam effici posse, nemo ambigit. Nuper itaque allatae sunt tua sanctitatis litterae

¹ Cicero: *De inventione*, 1.3.4:
dicendi assiduitas induit audaciam

² Daniel, 10, 16

³ Note this reference to previous contacts between Pius and RSA

ad regiam celsitudinem, quibus indictam esse dietam a tua beatitudine in Mantuana incluta urbe pro catholicae fidei defensione et spurcissimi Turcorum principis expugnatione significabat, eamque conventionem sua apostolica praesentia lustrare intendebat, quare devotionem regis {147r} summopere commonebat, quatenus tam¹ saluberrimo conventui per se aut oratores suos deesset minime. Gavisus est certe regius animus gaudio magno valde, quia beatitudo tua² verae beatitudinis vias tanto sollicitius inquirebat, quanto tempore suo res fidei negligentius iri videbat. Equidem arbitratur regius animus sanctitatem tuam tuis tibi assistentibus filiis, orthodoxis videlicet principibus, facile hostis hujus elidere superbiam, ut recte de tua sanctitate rex et propheta dicere videatur: *Contriti sunt inimici*³ quia *principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham*.⁴ Et quamquam rem grandem et magnis periculis plenam esse, sanctitatem tuam nonnullis suscepisse arbitrentur, id tamen ipsum est, quo magis regia serenitas magnitudinem et animi tui amplitudinem apertissime agnoscat. Nam si illud Ciceronis verum est pro Marco Marcello ad Caesarem perorantis, qua⁵ praeclari atque generosi animi est magna atque ardua summa cum ratione aggredi, pericula potius cogitare quam pavere, quis negabit sanctitatem tuam nobilitate atque fortitudine animi cunctos mortales superasse?

Si enim, ut sapientes volunt, in rebus maximis conatum ipsum rationem quandam finis non incongrue obtinere nec mirifica carere laude, quanto abundantiore atque excelsiore laude extollenda atque praedicanda est sanctitas tua, quae glorioso conatu tam praeclarum initium divino {107v} huic operi praestitit, cui et corpus valetudine debile, tamen animum fortem exhibet. Quid enim gloriosius atque pro hac nostra aetate convenientius de tua sanctitate excogitari potuit quam pro Christiani nominis ampliacione, pro patriae defensione viriliter assurgere? Nec enim mysterio vacat, quinimmo convenientissima ratione pietatis tibi nomen divina tribuit providentia. Decebat enim, ut summus Christianorum pater illius pietatis sortiretur singulare nomen, cujus effectus Christianae rei publicae pernecessarius erat. Pius igitur recte appellandus erat, qui pietatis et amoris viscera parenti, immo pereunti patriae demonstraret. Ceterae namque virtutes, ut sapientes ajunt, admirationis multum habent. Pietas autem et amoris plurimum obtinet et suis compassionis officium exhibet. Si enim pietas apud Ciceronem recte diffinitur, quia est virtus per quam necessitudine *conjunctis patriaeque officium benevolum et diligens cultus tribuitur*,⁶ ut inquit Valerius, officia sunt *efferata barbarorum bella penetrare, orbis et truces*⁷ *hostium* dulcedine patriae non timere,⁸ ut inter distentos mucrones iter arripere, nulla acerbitate fortunae illa vitare, quae patriae conferant. Ea profecto in nullo mortalium certius quam in tua sanctitate locata conspiciamus. Cunctis enim Christifidelibus rem publicam Christianam facientibus veluti patriae tuae, cujus tu pater et caput {108r} existis, benevolum defensionis officium tribuis, dum ea agis, quae verae ac perfectae pietati congruunt, quippe qui cum eodem Cicerone illud piissimo animo tuo⁹ constituisti, quoniam *sicut omnia commoda nobis provenire noscuntur ex patria ita omnia*

¹ omit. LO

² em.; beatitudinem tuam S

³ 1. Maccabees, 4, 36

⁴ Psalms, 46

⁵ quia leg. LO

⁶ Cicero: *De inventione*, 2.53.161: *pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus*

⁷ cruces S

⁸ Valerius Maximus, 5, 11, ext. 6: *ergo humanitatis dulcedo etiam in*

efferata barbarorum ingenia penetrat, torvosque et truces hostium mollit oculos ac victoriae insolentissimos spiritus flectit

⁹ omit. LO

*incommoda tolerare duxisti pro Christiana patria.*¹ Laudamus de pietate Codrum Atheniensium regem, laudamus et Themistoclem, laudamus et Aristotelem: illum quia cum periculo ad Apollinis oraculum confugit, ut periclitanti patriae subveniret, alterum quia Persarum imperatorem, sub quo militabat, patriam persequentem deseruit, alterum quia, ut inquit Valerius, *vitae reliquias senilibus et rugosis membris*² non parcens relicto otio Alexandrum petiit patriae auxilium posciturus. Quos tua sanctitas tanto altiori pietate superat, quanto magis vera et aeterna pietas simulatae benevolentiae praestat. Adde, illi solam terrenam patriae quietudinem quaeritabant, tu illam simul et caelestem suspiras; illi, ut haec temporalis res publica pace secunda existeret, tu ut victoriis gloriosa, et - quod felicius est - moribus referta sic indefesse elaboras.

Ceterum, beatissime pater, cum regia serenitas tam ingentem tuae sanctitatis pietatem conspiceret, non potuit ad pietatem {108v} ipsam non maxime incitari, quinimmo tam exuberanti in rempublicam Christianam tuae sanctitatis pietate. Pietatem ipsam regiam commovisti, effecisti certe, ut ferventissimi ejus desiderii, quod semper animo gessit, effectum diu quidem expectatum sub te pastore, te duce videre videatur. Optabat itaque regia animi magnitudo personam suam his perpetrandis rebus conferre, ut tuae sanctitatis litterae commonebant.

Verum, beatissime pater, sanctitatem tuam regia serenitas minime latere putat Hispanias perfidis Machometi cultoribus fere undique circumseptas praeter Granatae regnum potentissimum, quod peccatis nostris adhuc intra gremium catholicum ab illis impie occupatur. Contra hos itaque saevissimos fidei hostes regia animi magnitudo a primis ejus cunabulis sine intermissione guerram gessit indefessam. Dicam igitur rem non novam, sed verissimam, quoniam a plurimis annorum centenariis a nemine Hispaniarum regum tam praeclare tamque utiliter pugnatum esse. Nam infidelium milliarum multa ab eo caesa, oppida, castra lucro fidei catholicae addita, per quam manifestum est, quorum singula non exprimimus, qui gloriam Dei potius quam humanam ostentationem quaerimus. Id autem Hispaniae bellum quam justum, quam sanctum item et pernecessarium existat, tuae sanctitati non ignotum est, quippe quae universalis concilii decretis statutum saepe novit Hispanicum bellum Jerosolymitano per omnia adaequandum. Unde regia {109r} serenitas arbitratur sanctitatem vestram utrumque bellum aequa lance pensare. Quid enim refert, num ab oriente, num ab occidente percutiamur, utrobique fides opprimitur, Deus ipse noster offenditur, ac in Hispania tanto severius quanto vicinius impugnamur? Scit enim regia serenitas apostolico animo vestro infixam illam Ciceronis sententiam, quia decet rempublicam gubernantem curam gerere, ne, dum universam rempublicam tueri intendit, partem aliquam deserat. Non enim solum - ut a me alias in hoc loco dictum est - huic Christianissimo principi bellum instat contra infideles Granatae, quamquam regnum potentissimum sit, verum contra Africam, tertiam orbis plagam, quae - ut Afrorum mos semper fuit - fraudibus et dolis cunctas teste Vegetio³ superat provincias, in qua bellicosissimi reges sub perfido Machometo regnantes ac regi Granatae auxilia ferentes novas nuper iniere conjurationes in filium tuae sanctitatis obsequentissimum regem Henricum nostrum. Et juxta Livium Romanum veluti olim idem ipsi Carthaginenses, Hannibalis viribus freti, senatum Romanum moliebantur in Carthaginem transferre, et sicut iterum Hannibal

¹ Cicero: *Rhetorica ad Herennium*, 4.44: *Et quoniam sunt omnia commoda a patria accepta, nul-*

lum incommodum pro patria grave putandum est

² Valerius Maximus, 5.6. ext. 5

³ Vegetius: *De re militari*, 1.1.5.

ipse in Italia militans pollicitus fuit Romanum imperium tradere Capuanis, non aliter hi astutissimi atque potentissimi reges Poenorum et Granatae Hispanias sub Christo {109v} militantes sub monarchia Africae et spurcissimo Machometo, ut aliquando habuerunt, transferre totis viribus satagunt. Quorum vires regia serenitas divino brachio assistente et tuae sanctitatis favoribus et praesidiis minime pertimescit. Quinimmo si, ut sunt polliciti, nos pessumdabunt¹, speramus gratanter audiet tua beatitudo. Nihilominus, beatissime pater, tantus est fidei fervor regiae celsitudinis ad infidelium ubique existentium expugnationem, ut animo semper gerat illud aeterna commemoratione dignissimum verbum a principe gloriosissimo et sanctissimo Christi martyre, progenitore suo, qui, cum a decem Machometi regibus obsideretur, a quibusdam monitus, ut sub pacto conservandae vitae in hostium deditionem veniret, catholicus princeps ita eis respondit: "In nulla re, inquam, felicius elaborandum est quam ut fidem Deo servemus, aut - quod gloriosus est - pro fide sanguine decertemus." Itaque sua regia devotio sicut pro viribus quam maxime succurrere cupit utrique periculo, ita utrique bello sese personaliter conferre summopere desiderat.

Sed cum rerum natura utrobique simul pugnare non patiat, exigatque illud bellum regia sua praesentia, dum alios etiam oratores suos transmittit, quos prope diem speramus, ne haec celeberrima conventio solvi aut terminari contingat absque suae serenitatis vel oratorum suorum praesentia, {110r} decrevit venerando patri magistro Alfonso et mihi, oratoribus suis plenaria potestate² suffultis, committere et mandare, ut in hac Mantuana dieta vice et nomine suae majestatis compareamus et sistamus atque pure et simpliciter ea omnia agamus et concludamus, quae ad Dei laudem et honorem ac³ fidei catholicae ampliacionem et hujus operis, pro quo sanctitas vestra convenit, felicem consummationem⁴ una cum ceteris regum et principum oratoribus accomoda, necessaria et opportuna erunt. Nos igitur ejusdem devotissimi regis organo illud sanctitati tuae pretiosum offerimus monile, quod piissimus Constantinus, ut scholastica tradunt annalia, beato Silvestro obtulisse ferunt: Cum homo, inquit, simus aetate temporali ac caduca conditione mortalis, juste quidem ac sancte tibi, pater, locum Dei tenenti paremus. Quis enim se ac sua tuae potestati negabit, qui ejus nomine cuncta agis, qui sine ullius potestatis⁵ consortio totius orbis gubernas imperium? Offerimus denique illud gloriosissimum Valentiniani ad beatissimum Ambrosium, quem cum anxium ab haereticis conspiceret, ut eadem historia Gratianus refert: *Confortare, inquit, pater, quia Deus, qui te elegit, semper juvabit⁶, et ego filius tuus et adjutor, ut meum decet ordinem, semper existam.*⁷ Quae siquidem verba idem piissimus rex noster ore nostro corde suo gratissimo tuae sanctitati rependit. Et quia is, qui se exhibet, facile fortunas pollicetur, ideo sua regalis {110v} devotio regna omnia, potentatus, dominia sua atque suorum omnium pro hac fidei necessitate tuae sanctitati devovet, sed - et quod pretiosius est - quidquid in eo est voluntatis et arbitrii.

Nec miretur sanctitas tua, quia tardiuscule sua regia serenitas mandatum nobis transmiserit, nam postquam sanctitatis tuae litteras rex ipse invictissimus suscepit, plurima succrevit impedimenta, quorum nonnulla nonnisi⁸ ab humani generis inimico ingesta esse creduntur. Accedit longitudo viarum, continuatio item guerra in Granatam. Nunc vero auctore Deo et industria, virtute, ac

¹ perfundabunt *leg.* LO

² pietate *leg.* LO

³ ad *leg.* LO

⁴ conseruationem *leg.* LO

⁵ pietatis *leg.* LO

⁶ iuuauit *leg.* LO

⁷ Decretum, D.53.3

⁸ nisi *leg.* LO

prudencia regiae celsitudinis omnibus pacatis, cum ingens illa ad tuam sanctitatem venientium frequentia paululum remissa videatur, visum est suae regiae celsitudini hoc adeundi tempus opportunissimum fore, quamquam tarde applicuisse. Is solus recte censendus est¹, qui rebus gerendis praesidio esse recusat. Unde Caesarem solitum dicere legimus in bellicis praesidiis non quantum, sed quale considerari oportere, nec quanto quis tempore militaverit, sed quali fructu meruerit expectandum, sicuti nec is, qui primo ad agonem venit, is statim bravio dignus est, sed qui legitime decertat. Palamedem - inquam - ut Dario Frigio placuit, postremo Graecorum castra appulisse; Aquilem vero plurimis bellis minime interfuisse, sed primo illos constat victoriam meruisse. Beatus denique apostolus Paulus, ut sacris {111r} litteris didiscimus, ultimo veniens plus ceteris laboravit, et juxta salvatorem non est a patrefamilias repulsus operarius ille, qui aut nona aut vespertina hora vineam domini laboravit.² Saepe enim unius hora pro alterius anno merito computatur, ut ejusdem³ salvatoris infallibilis sententia impleatur, quia *erunt novissimi primi*. Habet enim unusquisque mercedem suam, qua de re sine causa alicujus oculus nequam⁴ est pro eo, quod dominus bonus sit, qui omnium laborantium affectus novit, et non quae exterius gerantur, sed quo animo agantur, nec quae cultu ornatorio, sed quae fructu utiliora sunt, recte considerat. Agat igitur unusquisque, prout destinavit in corde suo atque profide Christi se totum exhibeat, qui se totum pro nobis praestitit et in ea re, quae omnium est, omnium assensus, omnium praesidia afferantur. Nil enim turpius nihilque infidelius atque impius, si a filiis matri praesidia denegantur.

Ceterum, beatissime atque clementissime pater, si tuis piissimis summoque Deo nostro acceptis desideriis desideras facere satis, eam ipsam perbeatam quidem admonitionem apostolico tuo animo digere, quamdudum Christiano populo nonnisi spiritu sancto ditante demisisti? Nam – inquis - infidelium crucis Christi perfidorum hostium, proh dolor, gladius saevit nobis lascivientibus et adesse festinant tempora, sed fideles principes ea arma, {111v} quae in hostes fidei vertere juste deberent, injustius contra Christianos atque infeliciter convertunt. Haec alibi, sanctitas tua, quae ipsa divina verba sanctitatem tuam monere videntur, ut primo a populo⁵ Christiano intestinas guerras devites, si contra Teucros proficere optas, idque si praetermissum fuerit, non utiliter pugnabimus nec ignem incensum extinguemus, sed carbones congerimus ad capita nostra. Quid enim aliud est ad capita nostra carbones congerere quam principes catholicos, qui populi Christiani sub te, maximo omnium capite, quaedam capita existunt, domestico dissidii incendio infeliciter consumi? O humanam mentem facinoribus nostris obcaecatam! O ingenia sinistris passionibus tenebrata! Videmus commune incendium, sed certamus, cujus domus existat. Et - quod impudentius dicitur – certamus, quis primo aquam adjiciet. Cernimus omnium naufragium et non de salute, sed - ut ethnicus ille dicebat aut potius irridebat - super gubernatione contendimus. Auferuntur a nobis, quae juste possidemus: nequaquam in nobis avaritia cessat. Super regnis, super dominiis, super honoribus invicem debellamus, ut ea facilia hostibus tradamus et forte congregare festinamus ea ipsa, quae peccatis nostris a Christi hostibus occupentur, quia nos illa pro Christi nomine erogamus. Hostes nostri {112r} barbari denique ipsi sectam atque superstitionem suam nedum fortunis bonisque omnibus praeferunt, sed et propriae vitae apud nos Christianos, qui terrena despiciere pro nomine Jesu contumelias pati jubemur, praefertur ipse consequendarum

¹ omit. LO

² Matthew, 20, 1-16

³ eisdem leg. LO

⁴ Ecclesiasticus, 31, 14

⁵ a populo : apostolo leg. LO

fortunarum ardor fidei defensionem, praeponderat intestinum odium honori divino simul et nostro, quippe infeliciter praelegimus ab hostibus communiter perdi quam inter nos concordiam servari libenter, ab hostibus patimur, ut in nostros saeviamus. Nec advertimus, quod hostes fidei ingeniis acerrimi atque peracuti sunt, et jam non modo latenti, sed manifesto bello contra gentem nostram flagrant. Nec attendimus, quod in nostram eversionem foederantur atque junguntur. Nam et Turcorum princeps, ut in nos expeditius saeviat, soldano atque magno Tartaro amoris foedere conjunctus est. Tunici deinde barbariae sectae Belamarini Marruecos et Tingitaniae reges in nos uniti sunt, dum nos in illorum medio constituti sumus, et - quod nedum verecundiae, sed et periculo est - tunc maxime nos dissidemus, cum hostes nostri contra nos uniuntur. Nobis itaque atque huic nostrae miserae aetati Jeronimus verecundius dicere visus est, ut qui pacem praedicatam a Christo non servamus, pacem saltem discamus ab ethnicis.

{112v} Bone Deus, ubi est noster ad immortalem Deum amor? Ubi illa devotio, illa fides, ubi illa ad patriam pietas, ubi ad rempublicam dilectio, pro qua nos ipsos devovimus? Sed certe illud Augustini pro hoc nostro infelici tempore verissimum est, quia rempublicam solo verbo retinemus, rem vero ipsam jamdudum amisimus. Fac igitur, beatissime pater, ut haec ipsa, quae nostris demeritis non meremur, tua virtute, tua fide, tuis laboribus atque animi constantia recuperemus, idque facile ages, si opportunis remediis demum acerrima potestatis tuae censura, tu pater inter filios tuos principes videlicet dissidentes pacem componas, sine qua bellum recte geri non potest. Nam illorum pax et concordia hostium nostrorum certa victoria est, sed et apostolo teste actor pacis nonnisi tempore pacis coli potest. Habet sanctitas tua naturam innatam paci et ad reconciliandas amicitias vim quandam mirificam atque virtutem incredibilem. Idque si egeris, facile hostes Christi superabis, nam, ut in *De Excidio Urbis*¹ inquit Augustinus, frustra contra externos dimicamus, si intra nostra moenia dissidemus. Effice ergo cum propheta, tu prophetarum iudex, ut gladii nostri vertantur in vomeres, sed contra externos ligones nostri vertantur in lanceas.² Et si inimico humani generis instigante aut rabida contententium dissensione {113} id efficere non vales, non desit eapropter animi tui magnitudo incoepto operi, nec te conturbent tempestatum procellae, non a domesticis impedimenta congesta veniant in mentem tuae sanctitatis. Quoniam rempublicam Christianam Deique ecclesiam quasi quandam vetustam et putrescentem navem regendam hoc tempore divina et occulta dispensatione suscepisti, quam certe nonnisi per medios fragorum anfractus pro more ejus ad portum deducere valebis. Sed inter ea omnia illud cogita, quoniam ³numquam gloria sine certamine acquiritur, et, ut unus ex sapientibus ait: *Numquam periculum sine periculo vincitur*.⁴ Quis⁵ enim timebit, quem omnia timent? Quomodo ab hominibus succumbes, qui hominibus quippe et angelis imperas? Quomodo adversum te infideles valebunt, contra quem validiores hostes, id est maligni spiritus, ipsae quoque *portae inferi* minime *praevallebunt*? In quo verbo pulchre Chrysostomus sanctitati tuae dicere videtur: Confortate, inquit, qui in alta sed fluctuanti tabula sedes, quia *adversus ea portae inferi non praevallebunt*,⁶ nec dixit: non appropinquabunt. Appropinquabunt enim atque circumibunt, sed non praevallebunt, quia⁷ impugnabitur, sed vinci non potest. Tempestatem sucipiet, sed non demergetur. Jacula in eam mittentur, sed non perforabunt.

¹ *em.*; orbis S

² Joel, 3, 10

³ quam *leg.* LO

⁴ Publilius Syrus, A 1061

⁵ *em.*; quid S

⁶ Matthew, 16, 18

⁷ quod *leg.* LO

Age igitur, beatissime pater, ea, quae incoepisti. Accelera, quae intendis, etenim tua fidei constantia ac operis perseverantia {113v} cuncta perficies, ita ut ab eo, cujus vices geris, illud propheticum tibi uni dictum esse gaudeas: *Sustollam te*, inquit propheta, *super altissimo terrae*.¹ Nam apud Gregorium super altissimo terrae potestatis recte ille sub tollitur et sublevatur, qui pro ipsa alta et gloriosa sublimitate, quam in terris possidet, talia pro viribus agit, ut et caelestia meruisse comprobetur ad ejus laudem et gloriam, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

¹ Isaiah, 58, 14

26. Oration *"Ante culminis tui"* of Jacobus de Seno, representing Poland (14 November 1459, Mantua)

Preliminary edition

A Polish embassy reached Mantua in November 1459¹ and was received by the pope at a public consistory, where Jacobus de Seno delivered a speech on behalf of the king, Casimir IV (Jagiellon).² In the oration, the ambassador presented a declaration of the king's obedience to the pope and his support of the papal crusade project.

In his *Commentarii*, the pope wrote about the event:

*Inter hec legatus Casimiri, Polonie regis, cum splendido comitatu Mantuam ingreditur, uir doctus, Sbignei quondam cracoviensis episcopi et cardinalis nepos. Multi ei fuerunt famuli unius vestis, more gentis pennatos pilleos et pharetram et balistam gestantes, equis prepinguibus insidentes.*³

Manuscript

- **Biblioteca Apostolica Vaticana**
Ottobon. lat. 905, 42r-43r

Editions

The oration has not been published previously.

¹ A passage in CO (III, 25) might indicate that the Polish embassy arrived in Mantua already in September, but if this is true, it is curious that it was received formally as late as 14 November since usually embassies to the pope were

given a public reception a few days after their arrival. So, either Pius' somewhat vague text should not be interpreted as indicating a September arrival, or the pope's memory was erroneous, or the

date given in the title of the oration is erroneous

² Kazimierz IV (Jagiellon) (1427-1492): Grand Duke of Lithuania from 1440 and King of Poland from 1447 to his death

³ CO, III, 25 (Heck, I, p. 204)

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9-10.

The manuscript text contains a number of corrupt passages. If other manuscripts containing the text surface, the present preliminary edition will of course be revised.

Oratio habita per reverendum in Christo patrem Jacobum de Seno, protonotarium apostolicum, serenissimi regis Poloniae oratorem, 14. mensis novembris in aula majori palatii residentiae summi pontificis in consistorio

1. Introduction: Captatio benevolentiae

[1] {42r} Ante¹ culminis tui, beatissime pater et domine generosissime², conspectum vice et nomine serenissimi domini Kazimiri³, Poloniae regis, magni ducis Lithuaniae⁴ Prussiaeque domini et haeredis illustrissimi, die hodierna sermonem habiturus rem grandem et molem gravem dicendi mihi oblatam conspicio. Rem – inquam – grandem et supra vires, quae robustiores, quam mei sint, lacertos in formidinem impellit et stuporem adjicit pectori suapte consternato et paventi haerere et paene succumbere animum cogens velut ambiguum in burio⁵ viatorem. Splendor siquidem majestatis tuae, pater beatissime, ex cujus sapientia et doctrina delectatur orbis, stupore vires meas obstringit et hebetat, ut admodum verear, ne ex meo agresti et inerudito sermone, quem nec ars nec natura ad liquidum loqui concessit, aliquid aut ineptum aut tuae sanctitati minus dignum judicares.

2. Papal supremacy

[2] Te siquidem ingenue ea praeditum profiteamur potestate, ut in tuo solo arbitrio et jussu omnis summi Dei potestas in terris consistat, qui caelos claudis aut aperis, ligas aut solvis, salvas aut condemnas, et omnipotentis vicem gerens in terra et militanti Jerusalem non immerito vicarius Jesu Christi et Deus terrestris vocitaris. Te in persona Petri divino oraculo eo munere credimus privilegiatum, cui dictum est: *Tibi dabo claves regni caelorum*, quam largitionem in veteri testamento ulli regum aut prophetarum nusquam legimus contigisse.

¹ *dub.* Cod.

² *aut* gratiosissime cod.

³ Kasim... *et passim* cod.

⁴ Lithuranie *et passim* cod.

⁵ ?

3. Praise of the pope

[3] Quae igitur oratio, quis tam limatus aut artificiosus sermo aut ubertate verborum decurrens aut sententiarum subtilitate frondescens potens erit majestatis tuae summam dignitatem et supereminentem excellentiam laudibus extollere, cui Deus ipse sacram religionem, fidem populumque suum stupenda vocatione commendavit? Absque dubio horum acerbitati temporum tempestatique, qua universum orbem afflictum collisumque iri – proh dolor – cernimus, ac tantis Petri naviculae fluctibus hactenus jactatae accomodatissimum, ut sanctissimorum et amplissimorum patrum conscriptorum coetus innatae virtutis credi debeat, qui te divino flatu auctus elegit et renitentem curam summae artis suscipere obtinuit, multifarios ecclesiae languores, sectas et haereses dietim recrudescentes, stridorem discordiarum et guerrarum oppressionem ab immanibus barbaris in regiones fidelium editam ceterasque deformitates cleri populi que sanaturum.

[4] Quis enim te religione prudentia, justitia et animi magnitudine sublimior? Quis eloquentia et doctrina spectatior? Quis in tuenda defendaque auctoritate et libertate ecclesiae promptior et omni virtute heroica praestantior poterit tecum conferri aut existimari his siquidem virtutibus splenduisse? Tum propter a te edita, in diversis materiis auctoritatem et praesertim libertatem ecclesiae {42v} extollentia, quae etiam ad oram usque nostram diffusa fuere opera, ab omnibus concinne et sonore praedicaris. theorica verba in praticam throno tuo ob eam rem ab optimo Deo tuorum et secundorum votorum et operum inspectore et remuneratore largissimo stabilito spes optimas de te singulorum, de quo jam pulcherrima visus es dedisse initia, expleturum.

4. King's devotion to the pope

[5] His et pluribus aliis serenissimus dominus Kazimirus, Poloniae rex, qui mihi ad praesentem dicendi arduitate praestitit ausum, cum praelatis, principibus, baronibus proceribusque suis permotus ex tua promotione hilaritatem concipiens singularem, minus fidei et religioni Christianae, minus sibi et dominis suis,¹ non Tartaris solum, quod et ipsum quoque periculosissimum erat, sed Turcis quoque amisso Byzantio circumseptis timere cepit tui regiminis gubernationem optime fidei et religioni Christianae, optime sibi et regno Poloniae, principatibus dominiisque praetendens censuram.² Quo circa excellentissimus ipse dominus Kazimirus, Poloniae rex etc. primum se et inclytos natos Wladislaum, Kazimirum serenissimamque Sophiam genitricem et Elisabeth³ consortem, post haec praelatos, principes, barones proceresque ac universus Poloniae regnum, magnum ducatum Lithuaniae ceterosque principatus et dominia suae celsitudini parentia omni cum devotione et humilitate beatitudini tuae commendat et recommittit.

¹ *textus corruptus?*

² *textus corruptus?*

³ Helisabeth cod.

5. King's obedience to the pope

[6] Te igitur velut legitimum Jesu Christi vicarium, qui sede et officio praelatus es mortalibus et vicinus es superis, colit, adorat, veneratur et recognoscit supplicans, ut benignitatem sibi, regno, dominiisque suis profuturam patenter et favorem amoremque propensius impendere velis apostolicae propitiationis. Neque enim reor a notitia vestrae sanctitatis alienum aut peregrinum existere, quantum fidei et religioni nostrae divus parens, divus germanus illustrissimi domini Kazimiri regis nostri propagationis tutelaeque adjecerint, dum alter varias linguas, nationes et innumerabiles populos a gentilitatis caligine et errore ad orthodoxae fidei lumen perduxit, alter - una victoria de Turcis relata non contentus - alteram tui praedecessoris felicitatis recordationis Eugenii et sui legati cardinalis Juliani jussionibus oboediens, contra Turcos expeditionem agens adverso corpore gloriosa et insigni morte - ut regio sanguini convenientissimum erat - cum frequenti Polonorum et Hungarorum militia occubuit. Ipse insuper illustrissimus dominus Poloniae rex parenti et germano tam regni jure¹ quam merito succedens cum Tartarorum agminibus quam saepissime dominia sua infestantibus signis collatis, felicibus auspiciis, felici victoria - licet multis ex suis desideratis - non incruenta dimicavit.

6. Relations with the Papacy and conditional support of crusade

[7] Sed et me ad tuam sanctitatem proficiscente, gentes regiae Tartaro flumen Sinapi, Polonorum et Tartarorum regiones disterruens, jam transgresso obviam iturae, arma carptim induerant. Itaque sine indutiis cum infidelibus bellum agens et ad latus totius Germaniae proprio dumtaxat milite sumpto ex² periculo protegens, et ne ipsi Tartari in ceteros catholicos crassari possent, providens amplissimos sibi et regni suo a summis pontificibus favores saepe repromissas magis licuit sperare quam habere, cum et immediatus tuae beatitudinis praedecessor, felicitatis recordationis dominus Calixtus³, terras natales et haereditarias a cruciferis violenter occupatoribus eum repetentem nonnulla impedimenta struxerit. In quorum vicem ipse dominus rex noster vestrae sanctitatis favores et suffragia succedere non ambigit, facilius siquidem, beatissime pater, regno suo reunito in barbaros arma fortius convertere et tua jussa capessendo oboedientiam poterit implere. Sed et tui officii est potestatem⁴ nostram, quam definitivae sententiae auctoritate apostolica et per ejus delegatos late justiore depromunt, promovere, ut regnum Poloniae - quod et semper monstris hereseos caruit et in apostolicae sedis devotione et oboedientia se constantius gessit - sub tuo pontificato subque tuis felicibus auspiciis reintegrationem accipiat, et tu a nobis et natione Polonica ob id laude perenni celebrandam immortalem⁵ tandem gloriam summi remuneratoris et gratiam consequaris. quam tibi et nobis largiatur dominus in saecula benedictus. Amen.

¹ *em.*; regine cod.

² et cod.

³ Calistus cod.

⁴ *em.*; preter cod.

⁵ *em.*; immortalitatem cod.

27. Oration “*Sacrosanctae ecclesiae Romanae*” of Guglielmo da Sandiliano, ambassador of Savoy (November 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s oration “*Quamvis non sine magna*” [46].¹

¹ See vol. 8 of the present edition of Pius II’s orations

28. Oration “*In refulgenti*” of Gregor Heimburg, on behalf of Archduke Sigismund of Austria (21 November 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s orations “*Dilectissime*” and “*Eruditissime*” [47-18].¹

¹ See vol. 8 of the present edition of Pius II’s orations

29. Oration “*Maximum et amplissimum onus*” of Guillaume Chartier, ambassador of France (21 November 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Multa hic hodie*” [49].¹

¹ See vol. 8 of the present edition of Pius II’s orations

30. Oration of Bishop of Marseille, ambassador King René d'Anjou (November 1459, Mantua)

This oration is not extant.

See CO, III, 27

31. Oration “*Communem omnium*” of Gottardo Stella, ambassador of Genoa (21 November 1459, Mantua)

When the French embassy reached Mantua on 16 November 1449, it was joined by an embassy from the Republic of Genoa, which had recently become subject to the King of France.

On 21 November, the two embassies were received by the pope in a public consistory. After the Bishop of Paris, speaking on behalf of the French embassy, Gottardo Stella, an important Genoese official, spoke on behalf of Genoa.

In his *Commentarii*, the pope wrote about the event:

An embassy from Genoa also arrived at this time, fawning on the French as though they were their lords.

... Broccardo¹, the spokesman for Genoa, delivered an oration on behalf of his city. This was flowery enough, though it revealed how a once proud city had fallen into servitude and waited now on the puffed-up arrogance of the French.²

In his oration, Gottardo praised the Apostolic See, the pope's person, and the King of France. He also expressed support of the pope's crusade project, declared that Genoa would align itself with the policies of France, and made a declaration of Genoa's obedience to the pope.

Manuscripts

- **Paris / Bibliothèque Nationale de France**
Lat. 8576, ff. 188r-187v³ (P)

The text of the manuscript is not a good version, having a number of errors of transcription and corrupt passages.

- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Ottobon. lat. 905, ff. 43r-43v (V)

¹ Error for Gottardo

² CO, III, 36-37 (Merve, II, pp. 159, 163)

³ Du Fresne de Beaucourt, p. 11.

Folios 178r-178v (sections 1-4)

partly illegible due to damage to manuscript

Present edition

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

The present edition is based on both the listed manuscripts.¹

Pagination after the Paris manuscript.

¹ I hope to later locate another manuscript with the text, in

order to be able to make a proper edition of it / MCS

Per Gotardum Stellam ...¹ Januensem oratio habita ad summum pontificem Pium secundum²

[1] {188r} Communem omnium paene morem, doctissimorum praesertim virorum, fuisse audio, sanctissime ac beatissime pater³, apostolicae sedis conspectum adeuntes exquisitis laudibus extollere eam conati⁴ sunt, quorum quidem ingenium consiliumque nec probare satis possum, nec sequi audeo, ubi quanta⁵ sit tantae sedis dignitas pro ratione considero. Est apostolica sedes - si recte sentimus - Christi sedes et caelestis curiae imago, suo ordine, sua auctoritate suisque legibus ita discreta, ut, qui parere illi velit, aeternam jure⁶ videri possit gloriam consecuturus. Cujus igitur tantum ingenii flumen esse potest, aut tanta in dicendo vis, cujus tot vigiliae, tot labores totque studia non iania videri, qui divinam hanc⁷ religionem suo imperio suaque jurisdictione caelos super egressam⁸ satis et promeritis digne⁹ aequare se posse arbitretur?

[2] Nonne quidem sedes haec inferior divinae sedi esse non videtur, quia sancta - immo etiam¹⁰ sanctissima – appellata, auctoritate quidem par, ubi caelorum claves illi permissas esse et¹¹ audivimus et credimus repraesentatione quadam paene major, quia nulla Deo major in terris¹² posset reverentia exhiberi. Et nos homunculi terrenis¹³ his tenebris obruti, quod supra caelos est extollere verbis nostris admittimur. Philosophorum enim sententia est alia esse bona laudis, et haec in comparisonem cadunt humanam, venerationis alia, et haec soli Deo convenire videntur. Ego enim illorum ingenium profecto non improbo, si quid quaerunt, consequantur¹⁴, sed imitare¹⁵ - ut praedixi - non audeo, oratione, ingenio et animo impar. Hoc certe verius et probo et sequor, si tantum quod in terris mysterium repraesentat, nec aequare nec superare verbis videar¹⁶.

[3] Sed tacito¹⁷ quodam¹⁸ consensu¹⁹ contentus fide ac tanto rerum ordine admirabili huic et divinae sedi cultum et reverentiam exhibuisse videbor. Te igitur ut Christi vicarium, divinae legis custodem, omnium pastorem sanctissimumque pontificem et veneramus, et credimus personam quidem tuam, beatissime pater, tot virtutibus laudibusque refertam, {188v} quod praeteritorum temporum nemo pontifex vel superare vel aequare certe te potuit.

[4] Quis dubitare potest divina sapientia ad haec tempora fuisse reservatam²⁰, nisi ut his turbulentissimis temporibus - crescente in dies Turcorum et Christiani nominis hostis feritate -

¹ *illeg.* P

² Title: Oratio habita per magnificum Gotardum Stellam de Sarzano, civem Januensem, illustrissimi domini Lodovici de Vale, serenissimi regis Francie locumtenentis ac Januae gubernatoris necnon potentissime comitatus Januensium oratorem in ecclesia cathedrali in concistorio publico die 21. Novembris

³ qui *add.* P

⁴ cognati P

⁵ quantum P

⁶ immo P

⁷ haud P

⁸ *illeg.* P

⁹ et promeritis digne digne et pro meritis P

¹⁰ *omit.* P

¹¹ *omit.* P

¹² nitoris? P

¹³ terreni P

¹⁴ consecuturum P

¹⁵ *em.*; imitari codd.

¹⁶ videor P

¹⁷ tacito P

¹⁸ quod P

¹⁹ *em.*; consenseru *dub.* P

²⁰ *textus corruptus?* Possibly the word gloriam and a whole passage are missing, cf.

discordantes conciliare reges, segnes¹ excitare et contra infideles armare² posset. Hoc certe donum Christiano populo divinitus datum, quo quidem suscepto exultare digne et nobis ipsis magis quam tibi congratulari possumus. Memento, pie pater, tua opera tuisque virtutibus excellere, ut populus Christianus, quos speravit ex te quam maximos fructus consequatur, quod facile facies. Si ovium pastor, si aequus omnium³ iudex esse volueris et⁴ aequae ovium paci tranquillitatisque consulens hoc quidem justo imperio per te suscepto, nemo erit, qui suis finibus contentus et quietus esse non velit, pacatisque Christianorum discordiis, quam parare volueris, adversus infideles facilius erit expeditio.

[5] Civitas enim Januensis inter primas fere totius orbi civitates fuit, quae Christi nomen religionemque susciperet, rebus adversus Christi hostes saepenumero feliciter gestis. Nunc Christianissimo potentissimoque regi adjuncta⁵ variis casibus fortunisque vexata sit, quae Christianissimus rex et metuendus dominus non jusserit, suae etiam dignitatis et Christianae fidei memor, numquam facere recusabit, quippeque meminit se illis parentibus ortum⁶ esse, quos nulli labores nullaque pericula pro statu Romanae ecclesiae et defensione Christianae fidei umquam terruerunt.

[6] Quod autem ad praestandum oboedientiam pertinet, et nos Januenses, Christianissimi ac praecellentissimi domini Francorum regis subditi, quam oboedientiam Christianissima regia majestas sua praestat, et nos etiam praestamus, in nihiloque dissentimus ab ejus sententia, parati ea semper facere in omni re, quae Christianissima majestas sua nos facturos voluerit. Habuit enim Romana ecclesia nos semper erga illam devotos et habitura est, numquamque recusantes dignitati et amplitudini ejus inservire⁷. Amen.

¹ segniter P

² armare P

³ ovium V

⁴ omit. V

⁵ followed by blank space

⁶ em.; ortam codd.

⁷ dub.

32. Oration “*Responsurus*” of Andrea de Santa Croce, ambassador of Kingdom of Naples (1 December 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Responsuri*” [52].¹

¹ See vol. 9 of the present edition
of Pius II’s orations

33. Oration “*Missi a divo*” of Johann von Eich, ambassador of the Holy Roman Empire (1 December 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Exposcebat haud dubie* [51]”.¹

¹ See vol. 9 of the present edition of Pius II’s orations

34. Oration “*Certis jam lapsis*” of French ambassador (12 December 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Responsuri*” [52].¹

¹ See vol. 9 of the present edition of Pius II’s orations

35. Oration “*Nonnullam pontifex*” of Hertnidt vom Stein on behalf of Margrave Albrecht Achilles of Brandenburg (December 1459, Mantua)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Advenisse te citius*”[53].¹

¹ See vol. 9 of the present edition of Pius II’s orations

36. Oration “*Non eo inficias*” of Jean Jouffroy on behalf of Count Jean V d’Armagnac (May 1460, Macereto)

Not extant in full.

In May 1460, the sensational affair of Count Jean V d’Armagnac’s incestuous relationship with his sister came to the judgement of Pope Pius II.¹ At the time, the pope resided at the baths in Macereto. The count was given audience, accompanied by the Bishop of Arras, Jean Jouffroy, who gave an oration on behalf of the count, defending his actions on various counts, and ill-advisedly referring to pagan gods and their incestuous relationships in support of the count.

In his *Commentarii*, the pope gave a summary of Jouffroy’s oration² and of his own reply.

Cf. Märtl, p. 347: Rede für Jean V d’Armagnac.

The abridged text of the oration is reproduced after CO, IV, 20 (Heck, I, pp. 267-268)

.

¹ On this whole affair, see also Du Fresne de Beaucourt, VI, ch. 3

² “*Ille hoc ferme modo peroravit ...
Dixit et alia pleraque presul
Atrebas*”

{267} *Reuersus ad pontificem in tempore, iisdem uocatis qui prius affuerunt, Iohannem Atrebatensem, qui faceret pro se uerba, supposuit. Ille hoc ferme modo perorauit.*

Non eo inficias¹, pontifex maxime, quin grauiter peccauerit meus cliens; uerum si cuncta noris quibus impulsus est sorori permisceri, longe minus peccatum censebis quam uulgo feratur. Audias me tantum patienter oro. Tria sunt enim, que delictum comitis extenuant: amor, consilium, paupertas. Iohannes conditis parentibus solus cum sorore in domo relictus est, iuuenis cum iuene. Interuenere ioci lususque, cum dies ac nocte ante oculos uersaretur soror nec superior esset, qui corrigeret adolescentie mores. Cepit alloqui, osculari, amplexari. Peperit amorem conuersatio, flammam amor atque hinc de coniugio cogitatum est; nam sororem cognoscere absque titulo matrimonii nefas ducebat. Querit diligenter liceat ne fratri sororem nubere. Uocantur in consilium iuris periti ac summi theologi. Negatur coniunctionem fieri posse, nisi pontifex maximus indulgeat, qui solitus sit aliquando dispensare. Accedit paupertatis coactio: exhaustus omni auro comes propter diutina Britannica bella, unde dotem sorori daret non habebat, qualem uiri nobiles exposcerent; neque ignobili tradendus erat nobilissimus sanguis neque continere puella uolebat. Cum ergo hinc amor et consilium, inde necessitas urgeret, sub spe dispensationis cognita est a fratre soror, destinata coniunx. Non est hic primus qui amor succubuit; nam dii ferme omnes, quos coluit antiquitas, colla summisserunt amor. Et si vetus testamentum legimus, quot illic amoris reperias? Nec historie gentilium aliud canunt quam victos amore heroas. Quod si sororum fratrumque uel connubia uel stupra requirimus, ipse Iupiter sorori commixtus est, que se {268} desertam querens "Soror" inquit "Tonantis; hoc solum mihi nomen relictum est." Et primi parentes connubia inter filios sacrauerunt. Amon sororem uiolauit Thamar. Blandus est nimis et persuadet amor facile, quem veteres inter deos annumerarunt. Et quid mirum, si deus hominem superauit? Cessit deo comes. Victus est ab eo, qui multos uicit et qui de omnibus, etiam uiris maximis, triumphauit. Fatetur errorem suum: ipsa confessio ueniam meretur. Adest in conspectu tuo supplex orans, ut secum misericorditer agas, penitentiam quam imposueris libenter subiturus.

Dixit et alia pleraque presul Atrebas, que pontifex toruis oculis audiuit. Prius tamen quam ei reponderet, interrogauit comitem an se committeret apostolico arbitrio acturus penitentiam, quam prima sedes imponeret: quo respondente se mandata omnia suscepturum Pius hec subiecit:

¹ Inficias Totaro; infinitas Heck

The pope

Grande crimen, Atrebas, paruum ostendere uoluisti et gentilium exemplis usus incestum etiam leuem esse monstrare: tantum eloquentie tue confidis. At te, qui episcopatum assecutus es, ecclesiasticis potius quam gentilibus exemplis uti decebat. Non puduit te deos appellare, quos nostri maiores aut homines tantum, et quidem sceleratos, fuisse aut demones affirmauerunt. Quid mirum si demonia peccata collaudant, quibus in lucro est ad scelera traxisse homines? Nos sacras leges et sanctorum patrum instituta respicimus. Imperatorum constitutiones et placita principum incestuosos sororumque cubinos infames atque intestabiles reddunt et ultimo supplicio dignos. Ecclesia, que mitior est et non uult mortem peccatoris, sed uitam ut conuertatur, eum qui sororem stuprasset ad penitentiam uenientem quattuordecim annis extra ecclesiam esse iussit, et peregre profiscentem septem ferri pondo aut in collo aut in brachio ferre, pane tantum et aqua contentum. Nos cum comite mitius agemus. Audi, fili: ieiunium tibi sextarum feriarum annum indicimus; sororis commercium atque omne colloquium perpetuo interdiciamus; cum primum facultas aderit contra Turcos ut milites iubemus, non minus quam lanceis quinquaginta pro more tue patrie associatus; in puellas pauperes nuptui tradendas ecclesiasque reparandas auri quinque milia nummum effundas. Hec si feceris, liber esto.

Subiit comes, ut ait, uolenti animo impositam penitentiam, atque ita dimissus Romam profectus est sancta uisurus loca, priusquam domum rediret.

37. Oration of ambassador of Monemvasia (1460, Siena)

The text of this oration is not extant.

Pius gave a summary of it in his *Commentarii*, see CO, IV, 22 (Heck, I, p. 270)

38. Orations of Roman envoys (6 October 1460, Viterbo)

The text of these orations is not extant.

See Pius' description of the event in his *Commentarii*, CO, IV, 39 (Heck, I, p. 293-294)

39. Oration “*Non miretur*” of Rodrigo Sánchez de Arévalo, ambassador of Castile (1462, Rome)

On 20 August 1462, Castilian troops conquered Gibraltar, a major event in the Spanish reconquest of Moorish Spain. Some time later, Bishop Rodrigo Sánchez de Arévalo, ambassador to the papal court of Enrique IV, King of Castile, was received in a papal consistory to formally announce this important news, in dire contrast to the development in the Balkans, where Turkish troops pursued their advance towards Europe.

Manuscripts:

- **Madrid / Biblioteca Nacional**
13252, ff. 59v-61v
- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Vat. lat. 4881, ff. 225-227
- **Salamanca / Biblioteca Universitaria**
Lat. 2619, ff. 94v-97v

Edition:

- Horacio Santiago-Otero: Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discurso a Pío II con motivo de la conquista de Gibraltar (1462). In: *Revista española de teología*, 37 (1977) 153-158
- López Fonseca, A. & Ruiz Vila, J. M.: *Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discursos al servicio de la Corona de Castilla*. Madrid, 2013, pp. 264-275

Text reproduced after Santiago-Otero's edition, on the basis of the Salamanca manuscript¹ with normalized orthography and punctuation.

¹ With variants from the Vatican manuscript

Ad sanctissimum et beatissimum patrem et dominum, dominum Pium papam secundum, super recuperatione civitatis de Gibraltar in strictu oceani a serenissimo ac invictissimo domino rege Castellae, oratio, ejus jussu, incipit per Rodericum, episcopum Ovetensem, ejus oratorem

[1] Non miretur sanctitas vestra, beatissime ac clementissime pater, si devotissimus atque obsequentissimus ejus filius Henricus, Castellae rex invictissimus, tardiusculae ea, quae auctore Deo praeteritis diebus in obsequium fidei acta sunt, eidem vestrae sanctitati significare distulerit. Nam, etsi ea, quae dicentur, magna atque ingentia sint et non sine piis ac gaudentibus lachrimis explicanda, sperabat tamen majora eidem tuae sanctitati simul afferre, ut gaudium nostrum plenum esset.

[2] Accedit quia indignum arbitratur sua regia serenitas, ut de se loqui quidquam videretur. Est enim suae et progenitorum suorum modestae consuetudinis in his praeseertim, quae gloriam Dei et fidei catholicae exaltationem concernunt, non verba dare, sed facta. Quippe optat, ut si quid arduum atque praeclarum per eum divina clementia egerit, idipsum aliena non sua bucca divulget, memor illius Romani ducis modestissimi verbi: unumquemque principem nihil agere debere, ut laudem hominum appetere videatur, sed omnia agere oportere, ut gloriam laudemque habere mereatur.

[3] Demum, cum res bellicae dubiam semper sortem formident, consideravit regis providentia, quemadmodum exploratum est victoriam non ex uno congressu pendere, sic ex uno quoque felici actu non esse recte gloriandum. Verum, quia divina potentia in eundem regem et populum suum Hispanicum in dies uberrima repetitaque beneficia accumulat, ne illa tacendo, ingratus summo largitori, Deo, videatur, tibi, clementissimo patri, qui ejus in terris vicem tenes, beneficia ipsa brevi recensere decrevi, ut ne dum de augmento fidei, de filii tui devotissimi prosperis successibus gaudeas, sed ipsi datori, Deo, gratias augeas, quippe, tamquam Deo proximior, velut alter Moyses et verus Christiani populi pater et ductor, manus ad caelum leves, ut interim populus tuus vincat. Nec enim dubitat sua regia serenitas, quinnimo ea est ejus fides, quia videlicet non suis aut potentia aut viribus oblata sunt ei tot victoriarum genera, sed tua exhortatione, tua virtute, tua optima fortuna, tuis maximis meritis atque assiduis in Deum suspiriis, tuis denique in eundem regem praesidiis et accumulatis beneficiis; quae omnia effecerunt, ut his tuis felicibus temporibus rex ipse, immo tota res publica Christiana, eas ipsas victorias habere et suscipere mereatur.

[4] Praeterita siquidem aestate, beatissime pater, ut cetera omittam, regius exercitus novem contra Saracenos Granatae ingentissimas victorias reportavit, in quibus magnas infidelium copias fundit. Nam in eisdem bellis ex potioribus regni Granatae equitibus multa millia ceciderunt, de peditibus non pauciora millia, captivi vero millia duo et octingenti, qui post tergum ligatis manibus urbes nostras intraverunt; inter quos octo capitanei et barones regni Granatae principaliores in nostram servitutem devenerunt. Interiit in ultimo bello frater reginae Granatae et famosus ille capitaneus Abencilla, dictus junior Abencerraia, qui plurimas populo Hispanico clades hucusque attulit. Magna fuerunt spolia dictorum bellorum. Nam et equi velocissimi, quos Ginetos vocant, circiter tria millia

ad nostros pervenerunt. Essent certe hae victoriae cultioribusque pluribusque exornandae verbis veluti quae infidelium patriam nedum viris, sed equis et armis spoliarent.

[5] Sed nec his felicibus successibus abbreviata est manus domini, quinimo aliam superaddidit victoriam fidei catholicam perutilimam et cunctis saeculis cum gaudio recensendam. Fateor quaelibet ex victoriis ipsis infidelium corpora fudit. Haec una non parvam nobis provinciam subdit. Dicam ergo tuae sanctitati rem pernotissimam, qui sicut vice Dei orbi principaris, sic universi orbis veram descriptionem pro tua incredibili sapientia attingis. At si omnia ejus climata horasque ante oculos manusque haberes, fluit ex oceano versus meridiem mare velut torrens quidam, orbem rigans, quod mediterraneum vocant. Hoc Hispanias ab Africa disternit. In ipso itaque primo angustiorique fretu sive egressu mediterrani maris, post Gades Herculis, situm est, in Hispanico littore ad principia Baethicae, famosum et non incelebre castrum dictum de Gibraltar, a Saracenis, pro dolor, a longissimo tempore occupatum, quod ab eventu vel ignoto quodam praesagio recte vocatum est Gibraltar, quasi gibus altaris, quia dorsum teneat altaris Dei vel adversum altaris Dei fuerit, dum in eo infideles a longissimo citra tempore, altaria domini virtutum destruentes, mesquitas sacrilegas, ubi Mahumetus colitus est, in crucis Christi contumelias construxerunt.

[6] Hoc itaque castrum sicut et fama sic et re famosum non inmerito existit, primo enim ratione situs et magnitudinis. Magnitudinis, inquam, quia quinque miliaribus muri constat. Situs vero, quia custodiam clavemque tenet stricti angustique fretus hujusmodi. Item eminentius, fortius et excellentius atque utilius est in cunctis nedum Baethicae et Lusitaniae, sed omnium Hispaniarum littoribus. Deinde rostrum quendam sive signum in mari facit, ex quo homines etiam caeca Africam facile vident, septem dumtaxat ab eo miliaribus distantem. Montem praeterea respicit Atlanticum, omnibus saeculis famosum, quod – ut ferunt – vel sui altitudine vel considerandi astra aptitudine caelos sustentare dicitur.

[7] Rursus, eo etiam famosum habetur, quia portum habet amplissimum atque quietissimum, naturalibus montibus fabricatum. In eo enim equidem uno naves omnes, ex oceano in mediterraneum vel econtra navigantes, non solum conspiciuntur atque in naufragiis salvantur, sed ex illo, ut libere transire diriguntur, quippe, ne transeant, facile impediuntur; quare a vulgo recte dici solet Gibraltar claves habere utriusque maris. Hoc castrum Saraceni sidus maris, terrae speculum appellant.

[8] Fuit olim a fidelibus pacificis populi Christiani infeliciter ereptum, quare a nostris tanto desideratius semper fuit, quanto et nobilius. Sed et necessarius nedum ad residuum Granatae capescendum, sed ad utrique mari facilius dominandum et Africam domandum; pro illo igitur obtinendo, a nostris studia omnia, ingenia, vires, cuncta denique praesidia collate fuere, totiensque a nostris in eo pugnatum est, tantusque in eo Christianus sanguis effusus, ut a vulgo dicatur, tot scilicet fidelium inibi fore caesos quot lapides in ejus muro locantur. In illius certe obsidione permulti Hispaniae principes et novissime Alfonsus rex, cognomento Bonus, ceciderunt, et, diebus nostris nobilis Henricus, dux de Medina et comes de Niebla, moderni ducis genitor, cum magna nobilium fidelium multitudine vitam finivit.

[9] Nunc vero placuit divinae clementiae visitare populum suum, et civitatem praedictam cum districtu amplissimo ad manus nostras deduxit. Nam regis mei capitanei, qui illa infidelium confinia

observabant et bella eis inferebant, cognoscentes propter infidelium divisiones civitatem ipsam non satis fore custoditam, illam totis viribus obsederunt, duobusque simul diebus ac noctibus tam acriter pugnatum est, ut Dei munere primo civitatem, deinde tria in ea fortalitia adepti sunt, data ex pacto infidelibus securitate, ut personas cum rebus, quas supra se exportare possent, salvare valerent, quorum aliqui in Africam, alii in Granatam ivere: venerunt ergo concedente altissimo in plenam dedicationem nostram civitas ipsa simul et arces; ad quam populandam, cum ingenti Dei Gloria et applausu fidelium populorum plurimi catholici confluunt, tanto certe libentius, quanto illam majorum suorum cruenta sepulchra fuisse non ignorant. Sed et tanto avidius quanto civitas ipsa ornatio paratioque existit. Non enim expedit domus construere, non hortus, non vineas plantare, non campos ad culturam reducere, omnia culta, omnia parata sunt. Solum restat, ut nefandissimis Mahumeti signis exclusis, crucis Christi vexillum erigatur, prout auctore Deo feliciter ad Dei gloriam erectum est.

[10] Nec solum, beatissime pater, Gibraltar lucro fidei cessit, sed et civitas dicta Algesiras, quae in titulis Hispaniae regnum non infima existit. Est enim haec civitas, Algesiras, sita a se fere milliaribus de Gibraltar et in eodem littore versus Gades, quae ipsa nobis et infidelibus ipsis cofinia praestat. Et certe sui amoenitate et ubertate omnium Hispaniarum urbes superat. Haec a magnis citra temporibus, licet integris pulcherrimisque muris sit ornata, vacua tamen hominibus existit, cujus rei illa est causa. Nam nec fideles Saracenorum metu, ipsi quoque nostrorum formidine, illam inhabitare potuerunt, itaque communis timor communisque possidendi aviditas diversis feris ac bestiis praestabat vivendi securitatem. Jam ergo dono altissimi currunt catervatim fideles, properant festinanter, nemora intra muros scindunt, templa aedificant, domos fabricant, et velut ad alteram Jericho omnis tribus et populus confluit.

[11] Sed et eadem dextera altissimi cooperante, duo inter fortissima castra, dicta Alicum et Solera, paulo post e manibus infidelium per nostros feliciter erepta sunt. Conspexisset certe sanctitas vestra alia longe felicitiora, nisi procurante humani generis hoste res Catalonicae atque Navarrenses disturbio ac impedimento fuissent.

[12] Acta sunt haec, beatissime pater, nonnisi digito Dei, a quo omnis victoria est, et patria illa, quae hucusque lapis fuit offensionis et petra scandali, facta est nobis in salutem et fidei catholicae in gaudium et solamen. Recipe igitur, beatissime pater, haec gloriosa jocalia, haec beata munera, quae pro fidei catholicae augmento offert tuae Sanctitati rex ille filius tuus devotissimus. Recipe hoc insigne sacrificium, hoc acceptabile holocaustum, quod tuae Sanctitati occidens Hispania transmittit, ut illud Jeronimi verissimum de ea dicere valeas dicas, quia in occidente sol justitiae et fidei oritur. Non enim ejus terrae gleba inanis jacet et vacua. Sed nec ejus frumenta in lolium avenasque degenerant. Sed in eius cespite terra fecundo dominici seminis puritatem centeno fidei fructu accumulans ad gloriam Dei omnipotentis, qui est benedictus in saecula. Amen.

40. Oration on the extinction of the Pragmatic Sanction of Jean Jouffroy, ambassador of France (16 March 1462, Rome)

The text of this oration is not extant.

Pius' own summary of the oration is given in the introduction to the oration "*Per me reges regnant*".¹

¹ See vol. 10 of the present edition of Pius II's orations

41. Oration “Ineffabilis Dei providentia” of Rodrigo Sanchez de Arévalo (1 May 1462, Rome)

This ambassadorial oration to Pius II, officially informing the pope of the birth of a daughter to King Enrique IV of Castile, was delivered on 1 May 1462, possibly during a mass *coram papa*.

Manuscripts

The oration is known to be extant in three manuscripts¹:

- **Madrid / Biblioteca Nacional**
13252, ff. 56v-59v
- **Roma / Biblioteca Apostolica Vaticana**
Vat. lat. 4881, ff. 222r-225v²
- **Salamanca / Universidad, Biblioteca General Histórica**
2619, ff. 90r-94v (S)

Editions

- López Fonseca, A. & Ruiz Vila, J. M.: *Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discursos al servicio de la Corona de Castilla*. Madrid, 2013, pp. 246-263. (LO)
[With Spanish translation]

Present edition

In view of the edition by López Fonseca and Ruiz Vila, the present edition is based on the Salamanca manuscript alone.

Pagination is from that manuscript.

Variants from the edition by López Fonseca and Ruiz Vila are given in the apparatus with the siglum LO.

¹ LO, p. 220

² BAV Digital

Abbreviations in textual apparatus:

- Add. = addit
- Leg. = legit
- Omit. = omittit

NB: quotations made by RSA are often reworked to fit the text of the oration.

Literature

- Trame, Richard H.: *Rodrigo Sanchez de Arévalo, 1404-1470, Spanish diplomat and Champion of the Papacy*. Washington, DC, 1958, pp. 99-101 [Summary]

Sermo factus Romae per reverendum patrem Rodericum episcopum Ovetensem in gratiarum actionibus ob nativitatem primogenitae serenissimi et potentissimi principis domini Henrici regis Castellae et Legionis

Tristia vestra vertetur in gaudium,¹ Io. XVI et in evangelio praesentis dominicae.

{90r} Ineffabilis Dei providentia, reverendissimi patres ac praestantissimi et doctissimi viri, mirabili quadam mixtura rerum omnium eventus commiscet, ut maerorem gaudiis gaudiaque maerori commisceri plerumque pariter videamus, nec illud in se ipso ignorabat rex ille et² sapiens Salomon, cum inquit: *Risus dolori miscebitur*;³ et rursus: *Risum dixi errorem et gaudio dixi: Cur frustra deciperis?*⁴ Hac igitur nostra aetate non aliter quam populorum peccantium demeritis incredibili maerore affecta est gens nostra experientia. Intuebamur siquidem ceterarum provinciarum reges felicitate honestae sobolis perfrui, nostrum vero gloriosissimum atque excellentissimum {90v} principem Henricum III., regem invictissimum, desiderata prole caruisse non sine grandi mentis amaritudine cernebamur.

Vertebamus⁵ siquidem animo quot regnorum turbines, quot provinciarum strages, quot populorum clades, quot urbium oppressiones, quot denique opulentas familias eversas et paene extinctas sola principum infecunditate hactenus fuisse, sed et terrebat nos plurimum salvatoris ineffabile verbum: *Omne regnum in se divisum desolabitur*.⁶ Profecto regnorum divisiones - ut nobis satis videtur - nulla potiori causa contingere posse arbitramur, quam cum reges terrae filiorum successione privantur. Hinc sapiens dicebat: *Est qui nascitur in regno et inopia filiorum consumitur*; et iterum in Ecclesiastico: *Sunt qui in diebus suis habentur in laudibus, sed postea non est memoria, quasi qui non fuerunt*.⁷ Quaedam ex augustis subacto orbe legimus sine liberis vita functum, qua infelici fecunditate effectum est, ut mundiali extincta monarchia gloriam acquisiti orbis, quam multo comparaverat sanguine, ad eos, quos oderat⁸, transmittere cogeretur. Possemus plurimos illustres adducere principes, quorum orbitate non parva regna periere, quippe qui etsi felices, dum viverent, fuissent, suae tamen felicitati nihil potius obfuisse putarunt quam filios non habere. Julium Caesarem prole carentem ajunt solitum esse dicere cuncta ejus viscera, mentem denique omnem ex tribus plurimum fore contrita⁹, quae etsi unum idemque significare videbantur, diversis tamen ab eo exprimebantur verbis, ut doloris magnitudinem apertius demonstraret. Quorum primum illud erat, quia sine liberis vivus¹⁰, quodammodo vivere desinebat. Erat et alterum nescire prorsus nec umquam probasse amare plus alios quam se, quam rem patres {91r} experiuntur. Huic simile erat tertium, quoniam stultus videbatur agricola, qui terram nec se ipsum fructificare sciebat. Sed quid de Augusto dicemus, qui hac infelicitate fretus alienum filium Tiberium invitus assumere coactus

¹ John, 16, 20

² omit. LO

³ Proverbs, 14, 13

⁴ Ecclesiastes, 2, 2

⁵ vertebamur leg. LO

⁶ Matthew, 12, 25

⁷ Ecclesiasticus, 44, 7-9

⁸ em.; oderas S

⁹ em.; constricta S

¹⁰ erat add. LO

est? Quid de Nerva vel pio Trajano, qui alienam prolem, Elium¹ videlicet Adrianum? Quid rursus de Antonino Pio², qui Marcum Aurelium non libens³ haeredem effecit?⁴ Hi omnes sese infortunatos doluerunt, quia fortunas suas ad filios proprios transmittere minime valuerunt. Sed quid haec recolimus? Plurium certe exempla temporibus nostris conspeximus quam legamus in codicibus.

Verum *jam gaudete in domino! Iterum dico: gaudete!*⁵ Quia altissimus Deus noster, qui consolatur sperantes in semitam suam, non abscondit a nobis et maerorem nostrum convertit in gaudium. *Visitavit enim nos oriens ax alto*⁶ suaque clementia donavit filiam regi, nec solum dedit sobolem gloriosam, dedit et patriae pacem, propinquis laetitiam, suis victoriam, hostibus formidinem, fidelibus consolationem ingentem. Quare de piissimo atque devotissimo rege velut de altero Zacharia dicere recte possumus, quia audientes vicini et cognati congratulabantur ei, quoniam magnificavit dominus misericordiam suam cum illo. Dicant igitur Hispani populi cum propheta: *Egressus est a filia regis omnis decor ejus;*⁷ et iterum: *Omnis gloria ejus filiae regis.*⁸ Ore denique prophetico dicat filiae regis pater ejus: *Cui comparabo te, cui assimilabo te, filia mea dilecta, cui exaequabo te,*⁹ ut sis perfecti decoris et gaudium universae terrae tuae? Sed, si alia omittere libet, evangelii hodierna lectio ad hujusmodi laetitiam capessendam secluso maerore convenientissime nos admonet: *Ecce, inquit, mulier, cum parit, tristiam habet, quia {91v} venit hora ejus; cum autem peperit, non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum.*¹⁰ Plurima quippe sunt, quae mortales de alicujus nativitate gaudere merito cogunt: aut quia de non esse transit ad vitam, de tenebris ad lucem, de privatione ad habitum, aut quia his, qui nascitur, multis est profuturus, sicut propheta ait: *Et fecerunt fructum nativitatis.*¹¹ Ea de re non inconsulte consuevit antiquitas - ut scriptura commemorat - magnorum principum natales celebrare dies idque

{252} eo agebant festivius, si justitiam, si pacem ejus ortus ipse praenuntiat, sicut de Johanne angelus dicebat: *In nativitate ejus multi gaudebunt.*¹² De justitia igitur et pace gaudent homines, quia - ut inquit Augustinus - *gaudium verum non possidetur, nisi pax et justitia tenatur. De justitia enim nascitur pax,* quia scriptum est: *Erit opus justitiae et de pace gaudium gignitur,*¹³ dicente apostolo, *fructus pacis gaudium et caritas;*¹⁴ justitia ergo et pax gaudium verum generant.

Nos igitur hodierna die ea, quae tetigimus, pacem simul et justitiam, a domino consecuti, gaudere merito debemus, sed et auget nostram laetitiam infidelium dolor, qui ex hac divina visitatione tristantur, quia - ut ait Hieronymus: *Gaudia bonorum cumulant tormenta pravorum.* Accedit et alia gaudendi causa: abstulit siquidem Deus infecunditatis opprobrium a principibus nostris, abstulit simul et periculum a nobis. Etenim juxta philosophi sententiam mariti carentes liberis infortunati infelicesque habentur; et juxta philosophi sententiam: Quid prodest homini gloria ejus, cum dat haereditatem alienis haeredibus? Et - Augustino teste: *Opprobrium est mulieribus filios non habere et pudor non parvus praemia nuptiarum non sentirem propter quae nuptiae {92r} ipsae celebrantur.*

¹ *em.*; Lelium S

² pro *leg.* LO

³ liberis *leg.* LO

⁴ The two sons of Antoninus Pius did not survive to adulthood

⁵ Philippians, 4, 4

⁶ Luke, 1, 78

⁷ Lamentations, 1, 6

⁸ Psalms, 44, 14

⁹ Lamentations, 2, 13

¹⁰ John, 16, 21

¹¹ Psalms, 106, 37

¹² Luke, 1, 14

¹³ Pseudo-Augustinus: *Sermo* 89, 5 (MPL, XXXIX, 1917)

¹⁴ Galatians, 5, 22

Quare ait: *Non minus gaudere debent parentes de bonorum¹ filiorum ortu quam de eorum meritis; non enim, inquit, parvum est munus liberos habere propagatores generis, successionis haeredes; et rursus: Divinum munus est et magna felicitas parentum fecunditas. Agant ergo parentes gratias quia genuerunt, filii quoque, quia geniti sunt, matres quia honorantur praemiis conjugii,² agant gratias, officiis et benevolentia uniti, quia quos diligunt in domino, fructificare cernunt. Haec Augustinus. Cicero denique filios ornamenta vocat parentum praeclarum illud facetumque Corneliae, Africani Magni filiae³, exemplum afferens, ad quam inquit: dum pridie⁴ quaedam mulier Campana in domum ejus diverteretur et gloriabunda nonnulla pretiosa sibi ostentasset ornamenta, Cornelia vero velut ad aemulationem provocata colloquium ex industria distulit, donec a scholis filii redirent - parvi tunc, sed magni postea effecti - quibus conspectis Cornelia versa in hospitam: *Ornamenta, inquit, mea haec sunt.*⁵ Sed - ut inquit Cicero - quanto se amplius extulisset, si, quales filii futuri erant, scivisset. Sed quid plura in ea re dicimus, cum antiqui filios etiam malos suscepisse felicitatem putarunt? Ajunt enim: Si boni filii sunt, summam adipiscunt parentes gloriam; si mali, non de natura, non denique de filiis ipsis, sed de moribus querela est. Tanto siquidem arbitrati sunt majorem sese consecutos felicitatem, quanto majori filiorum copia fuerunt refecti. Quinquaginta siquidem filii fuerunt regi Priamo, triginta Herodi Parthorum regi, centum quindecim Persarum regi Artaxerxi⁶, septingenti Orotimo, regi Arabum, quorum praesidiis Egyptum Syriamque vastavit, de quibus ajunt, quia magis {92v} hostes filiorum numerositas quam divitiarum potentia terrebat. Nos igitur, si his gloriosis principibus felicitatem, si ornamenta optamus, si rursus eos diligimus, si denique quosdam ex nobis fides, si ratio, si natura ipsa, si denique quaevis necessitudo ad hoc cogit, congaudeamus atque congratulamur eis. Sua enim fecunditas nostra consolatio est, sua jucunditas patriae tuitio est, immo fidei tutamentum. Quis enim humilitatis tam expertus est, qui non his principibus congaudet, qui sese tales ut sunt conspicientes gloria, videlicet generis claritate, armorum potentia, regnorum copia, aetate florentes, specie decoros⁷, virtutibus pulchriores, cunctis denique divitiarum generibus opulentos, sed hominum fortitudine, fide, moderatione, et ingenio doctiores? Diu tamen infecundi manentes jam dono nobilissimae proles divino munere refecti sunt, de quorum felicitate dicere merito possumus cum Ecclesiastico, quia *hi sunt, qui in generationibus adepti sunt gloriam*, quia *cum semine eorum perseverat hereditas*; et sequitur: *Ideo laudem eorum nuntiet ecclesia.*⁸ Exultet ergo sancta mater ecclesia, quia *tristia vestra versa est in gaudium.*⁹*

Ceterum an felicitati principis nostri invictissimi hoc felicitatis genus, scilicet procreandae proles solum defuerit, ita cognoscemus, si ejus veram felicitatem paucis verbis dixerimus. Nec ad vos, patres¹⁰ optimi, qui ejus fidei vincti estis, et quibus sua virtus et moderatio cognita et explorata est, sermo erit, sed ad vos, patres¹¹ ornatissimi, qui ex omni orbis parte huic actui interesse dignati estis. Si enim vera felicitas ad virtutis operationem – ut peripatetici volunt – referenda est, hunc nostrum gloriosum principem in summo felicitatis gradu non inepte collocamus¹². In primis igitur hic excellentissimus princeps Henricus, Hispaniarum primus rex, divini praecepti non oblitus, quo – ut

¹ bono *leg.* LO

² (not Augustine) Ambrosius: In Lucam, 1, 30, 45 (MPL, XV, 1525, 1545)

³ *omit.* LO

⁴ *em.* LO; dum prevides S

⁵ Valerius Maximus, 4, 4, init.

⁶ *em.*; Artasensi S

⁷ decoris *leg.* LO

⁸ Ecclesiasticus, 44, 7-9

⁹ John, 16, 21

¹⁰ principes *leg.* LO

¹¹ principes *leg.* LO

¹² colamus *leg.* LO

scriptura commemorat – reges saeculi *monentur timere Deum et custodire ceremonias, quae in lege praecepta sunt*,¹ Deum, creatorem suum, timet atque toto animo et opere colit, ecclesiam sacrosanctam, a qua principes spiritualiter regenerati sunt, devote veneratur², *patriam amat, justitiam summopere servat, sine qua regna licet opulenta stare nequeunt*.³ Novit non modo humiles exaltare, sed et domare superbos, tyrannidem regali principatu contrariam viriliter opprimere;⁴ *rursus ab omnibus extremis aequo spatio discebat, virtutem in medio sitam sequitur, cessat in eo prodigalitas, abest omnis avaritia, quia illa regna vastat, haec gloriam. Pecunia ergo hic excellentissimus princeps largus est, avarus tempore atque illud Romani ducis modestissimum responsum in auribus ejus semper sonat: nolle aurum sed aurum non habentibus imperare*,⁵ et juxta gloriosum Augustinum, *nullam majorem esse credit principis felicitatem quam multos fecisse felices*⁶: erga suos hoc proprium debet. Longe enim magis *eligit*⁷ *subjectos abundare quam fiscum*, quippe illud paternum gloriosumque problema semper in ore gerit: *Ditissimi regni regem et dominum inopem esse non posse*. Quid plura? *Tunc se felicem, se vere regem putat, quando crimina propria virtute condemnat, quando damna restituit, quando denique pacem reformat atque libertatem reddit*. Illud Homericum semper animo gerit, quia *cum violentum longaevum esse non possit, amat quos regit, nam et amando amor quaeritur, et nullum tutius regnum est*⁸ *quam praeesse amantibus*.⁹ Rursus quid de humanitate {93v} ejus dici potest? Fateor - ut quidam de sapientibus ait - humanitas si principibus adsit, non virtus est, sed natura. Si desit, monstrum potius quam vitium reputatur. Hanc igitur virtutem excellentissimo regi natura ipsa donavit et summa virtus adeo, ut quamquam plurimos potentia praecellat, eos tamen, quos natura regit, etiam humanitate superat. Ceterum cum pro sua sapientia non ignoret e manibus regnantium – ut scriptura commemorat – exquirendum esse, quod vulgus erraverit, nihil sibi proprium vult praeter sceptrum et diadema et eam, quae ex his insurgit, videlicet curam de salute subditorum gloriosam quidem, sed difficilem.

Verum quid de ejus excellentissima consorte, reginarum praeclarissima, dicendum est? Recte itaque de illa ad regem virum suum christianissimum dicere possumus cum propheta regio: *Ecce astitit regina a dextris tuis circumdata varietate*,¹⁰ id est, diversarum virtutum pulchritudine ac copia numerositatis circumvallata; qua de re digne illam dilexit rex et mirifice ornavit dicens ei cum propheta: O pulcherrima mulierum! *In specie tua et pulchritudine tua delectasti me; ideo intende, prospere, procede, et regna*.¹¹ Siquidem concipivit rex decorem suum, non tam exterioris speciei quam virtutis interioris. Quare merito vultum suum deprecantur omnes divites plebis. Est profecto haec nostra inclytissima regina speciosa vultu pulchrior, moribus, stirpe omnium regalium sedium, qua videlicet maritus fulget praeclarissima. Demum conversatione humilis, consiliis prudentissima, fide plena, oratione assidua, devotione fervida, divini cultus cupida. Congruè igitur de illa cum sapiente dicemus, quia *multae filiae congregatae sunt*, sed ipsa virtutis et honestatis {94r} ornamentis *supergressa est universas*,¹² quare reginae laudaverunt eam. Merito ergo rex *amavit*

¹ Deuteronomy, 17, 19

² venerat leg. LO

³ Petrarca: *De rebus familiaribus*, 12, 2

⁴ Aristotle: *Politics*, 3.7 (1279a-b)

⁵ Petrarca: *De rebus familiaribus*, 12, 2

⁶ Pacatus Drepanius: *Panegyricus Theodosii I.*

⁷ elegit leg. LO

⁸ esse leg. LO

⁹ Petrarca: *De rebus familiaribus*, 12, 2

¹⁰ Psalms, 44, 10

¹¹ Psalms, 44, 5

¹² Proverbs, 31, 29

eam et ornavit eam et introduxit illam¹ in cubiculum suum, idest in intimis arcanorum suorum collocavit. Meruit itaque fecunda fieri, quae virtutum ornamenta assidua operatione parturiit.

Dabo enim finem verbis, non laudibus horum devotissimorum principum, nam nihil est, quod adjicere² possim super omnem laudem suam. Quae omnia effecerunt, ut horum duorum excellentissimorum conjugum simul et subditorum suorum suspiria exaudiret altissimus, qui eis sua pietate dedit nostram Sulamitem³ filiam succrescentem, ut crescat de virtute in virtutem et de populis suis ad populum alterum, de qua per Ezechielem prophetam dicere videtur: *Quid videbitis in Sunamite vestra nisi choros castrorum*; et iterum: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filiae principis*⁴ Gressus – inquam – hominis vita praesens designatur, calceamenta vero praesidia sunt ad gradiendum juvantia. Recte itaque pulchri sunt Hispanorum gressus in calceamentis filiae regis, quia beata, quia felix, quia tuta erit vita nostra praesidiis filiae regis. Quare pro tanto immenso nobis collato beneficio agamus Deo laudes in laetitia et exultatione, et – ut propheta ait – personemus gratiarum actiones in cantico et non solum animi laetis praecordiis exultemus, sed voces nostri corporis sensibiles concrepent laudes et exterior jubilatio Deo grates persolvat, et quia *ab eo factum est istud*,⁵ qui in Exodo jussit sanctificari omne primogenitum, ad illum supplices recurramus dicentes cum Joseph: *Hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus*,⁶ ut tandem primogenitam nostram simul et parentes in terris diutissime {94v} et feliciter vivere et in caelis conregnare permittat, quo fiet, ut gaudium vestrum nemo tollat eo praestante, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

¹ *eam leg.* LO

² *em.*; addicere S

³ *em.*; Sulamitem S

⁴ Canticum, 7, 1

⁵ Psalms, 117, 23

⁶ Genesis, 48, 18

42. Oration on Hungary vs. Turkey by Hungarian ambassador (1462, Rome)

The text of this oration is not extant.

Date: After July 1462.

In his *Commentarii*, Pius II wrote about this oration:

Et baro quidam illustris a rege Hungarie missus superuenit maiestate corporis et morum elegantia fidem exigens et qui superiori anno ex Turcorum captivitate fuisset redemptus. eius oratio hunc sensum habuit: Turcorum imperatorem pacem Hungaris offerre, Valachiam et Bosnam relicturis; apparatus belli maximum facere inuasurumque proculdubio cum ualidis copiis Hungaros nisi conditiones accipiant; regi nec consultum uideri belli socios eosdemque subditos hosti prodere, nec uires esse quibus tantam belli molem sustinere queat; orare ne deseratur; si cesserit Hungaria Turcis, expectanda illorum arma in Italia.

The pope's reply:

Scire se Maumethis propositum, qui sibi Occidentis imperium persuaserit; Hungaris domitis nihil ei difficile futurum; ex illis non esse requirendum quod prestare non possent. pontifex quamuis in Italia grauissimis belli sumptibus premeretur uixque illis suppeditare pecunias posset, in Hungaria tamen ere suo equites mille conducturum se ait, qui regi ad bellum ituro coniungerentur; Venetos quoque opem laturos; hortari ne animo deficerent; in alterum annum futurum ut maiora possint auxilia prestari.

*Legatus hac sponsione placatus in Hungariam rediit.*¹

¹ CO, IX, 5 (Heck, II, pp. 524-525)

43. Oration “*Si ut inquit Cicero*” of Guillaume Fillastre (Jr.), ambassador of Burgundy (19 September 1463, Rome)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Expectatis*” [73].¹

¹ See vol. 10 of the present edition
of Pius II’s orations

44. Oration “*Bellum quod adversus*” of Bernardo Giustiniani, ambassador of Venice (22 September 1463, Rome)

This oration is published as an appendix to Pius II’s response, the oration “*Quaecumque rogat*” [70].¹

¹ See vol. 10 of the present edition of Pius II’s orations

45. Oratio “*Quamquam beatissime pater*” of Bernardo Giustinian (end of 1463, Petriolo)

In May 1463 Pope Pius II had a quite serious confrontation with the Venetian ambassador, Bernardo Giustinian, over Venice's acquisition of the saltmines of Cervia, see Pius II's oration “*Senatu intercedente*” [72]. But the Venetians were essential partners of for the pope in his great crusade project, and a short time afterwards the pope again received Giustinian who communicated to him, in the form of an oration, the Venetian government's views on the military strategy to pursue in the crusade.

The text of the oration is reproduced after Bernardus Iustinianus: *Orationes et epistolae*. [Venezia, 1492?], cols. 299-233.

Bernardi Justiniani militis et oratoris oratio apud Pium suum pontificem in consistorium^{1 2}

{229v} Quamquam, beatissime pater, confluentibus ad te undique viris illustribus haud dubitem sanctitatem tuam certiore factam, quanta sit belli moles imminens Christiano nomini, quibusve viribus fuerit occurrendum, ne pari exitio ceteros Christi cultores exterminet, velut Byzantium, prohodolendum facinus semperque ingemiscendum, delevit ac stravit. Tamen cum illis forte temporibus in orientis oras senatus mei legatione fungens me triremis detulisset multaque a quam plurimis expertissimis regionum hostisque potentiae et artis didicissem, haud absurdum judicavi tuae illa intimare beatitudini, ut ex multis potiora et quae magis ad salutem Christianae religionis conferant elicere valeas. Est namque tanta hujusce hostis potentia, tantae vires, tam locuples belli apparatus, tot copiae, tanta aeris facultas, ut si quid nobis errare contigerit Christiana illico strage solvendum ac humano sanguine luendum sit. Inquiunt enim hi viri prudentissimi non laccessionibus irritandum fore, ni prius tantae nobis suppetant vires, tot terrestres navalesque copiae, ut non cohibendus, verum repellendus sit hostis, quod si incursionibus laccesserimus, priusquam nobis extiterint apparatus, actum fore de Christiano nomine paene dijudicant. {230r} Quare pensandam belli molem esse summaque prudentia, immensis undique contractis viribus constituendum apparatus, ut quondam statuere Pelasgi, qui non incursionibus levibusque certaminibus gerendum sibi bellum decrevere, sed bienni apparatu tantam molem suscipiendum judicarunt. Et si una tantum pro muliere universa Graecia sibi aut hosti exitium fore decrevit, quid tandem nobis faciendum videbitur, qui non pro alienis, ut quondam pro Saguntinis Samnitibusque Romani, sed pro nobis, pro liberis, pro focus ac laribus, pro communi Christianorum patria, pro denique ejus fide servanda, qui ut nos a morte redimeret, non mortem tantum, verum asperrimum mortis patibulum ultro subire non horruit. Qui sparsis in cruce manibus sacratissimum pro nobis sanguinem fudit. Proh dolor, paveat nunc Christiana religio quantulas pro domino erogare pecunias, qui nec sanguinem spargere nec mortem subire pro nobis exhorruit. Immo, ut melius dixerim, renuat id pro se bellum suscipere, quo spreto trucidandam se in foribus ac laribus liberosque ante ora parentum jugulandos opereat templaque altissimi Dei nostri passim prosternenda conspiciat. Nec pudeat romanos totiens pro daemonum aris certasse.

Longa nimis traheretur oratio, si digna satis invehitione prosequerer. Non ergo fletu muliebrique lamentatione terendum tempus, verum periculis nostris accomodata oratione disserendum censeo et ad prudentum eorundem sententiam reddendum.

Pensandam inquiunt optime fore hostis potentiam et quibus copiis quibusve oris aggrediendus sit, quibus commeatibus, machinis, ac supplementis nutriendus exercitus, quibus quantisque pecuniis conficiendus ac manutenendus sit, talemque suo tempore erogandis pecuniis modum imponeretur, ut si etiam diuturnum fieret bellum in castris miles minime durare recuset. Alioquin sanctius fore non inchoasse bellum, quam medio tempore miles pecuniarum dulcedine ab hoste provocatus

¹ Normalized orthography and modern punctuation

² Pagination after the handwritten pagination in the copy of the work

as digitized by the Bayerische Staatsbibliothek

supplementi carentia ad aliena mearet, et ex fidei defensore transfuga factus acerrimus Christi fideles hostis invaderet. Quare iterum atque iterum cuncta domi pensanda dijudicant. Et qualem belli exitum optamus, tales et tantos apparatus praeparemus.

Et quoniam nonnulli amplam maritimam classem censent, minime id sentire videntur, cum parvam ac minimam inferre hosti laesionem classis quaecumque posse videatur. Nam cum mediterranea loca quampura immensamque regionem hostis ille possideat, parva aut inextimanda damna maritima classis inserere valebit, fietque, ut consumpta tandem classe frustratisque nobis intento fine et ab hoc minime nova praesidia praeparantibus validior nos inconsumptus hostis invadat et torpidos nilque praesidii opinantes, cum classe nil proficere quiverimus, furore prosternat. Quare non aspernantes aliqualem maritimam classem, verum illam summopere ad praesidia com meatibus ferendos laudantes. terrestribus copiis opus fore asserunt, ut a Christianis oris saevus hic hostis repellatur. Nec una tantum parte aggredi libet, sed a multis, etsi a pluribus fieri nequit. Ab una saltim parte, quod ut ita dixerim, necessaria videtur. Et a tergo ab Italis opprimendus est hostis: ita pluribus intentus bellis cepto deficiet et nostro tandem cedit hospitio. Si tamen robusta manu undique institerimus, ut optato fine fruamur. Unorum numerum centum: aut saltem {230v} octuaginta millium ad minus necessarium fore arbitrantur. Quibus, ut dictum est, com meatibus, machinis, aereque affatim succerendum censeunt. A tergo autem Italos aggredi volunt ad minus XXX., quorum opera ac virtute additis cum plurimis, ut infra videtur, celeri optataque victoria sperandum fore non dubitant. Qui quidem Italarum numerus facile haberi poterit, cum tantae suppetant nostris temporibus copiae, ut translato in hostem hoc numero militum principatus ac potentiae Italiae reliquis copiis ad se tutandas pacemque servandam affatim munire remaneat.

Fientque uno opera duo sanctissimi exitus, nam et fidei periculo succurretur, et Italia hoc abundantiori numero militum liberata, quamquam restaurandis bellis intendit, optata pace quiescet. Hique viri fortissimi, cum noverint provisum sibi, mallent in hostem Christi arma conferre quam proprium solum Italiam, sed ut verius dixerim, patriam populari, fietque ut et ceteros milites potentiae Italiae facilius alant et diuturna sic pace fruantur. Dum tamen Italia omnis sit pace firmata, cui quidem adeo tua sanctitas faveat, ut si etiam censuris opus fuerit, in renitentes utatur. In hoc enim sanctitati tuae reliqua omnis Italia adhaerebit.

Et quoniam duae aggrediendi hostem viae in medium adducuntur, ut cuncta digna consideratione noscantur, videndum, quae potior sit magisque intento conferat operi, ne id demum incurrere videamur, quod turpe est sapientibus dicere: *Non putaram*.

Est namque **Albanensis via** una, quae propinquitate aptior iudicatur, cum inde saepe Romani Brundisio Dyrrachium transmeantes in Thessaliam Graeciamque Asiamque verterunt. Verum hi maioribus copiis visi lateque maritimam oram dominantes. Illac tute iter facere poterant. Nostra nunc aetate tenuis tantum ora nobis succurrere potest, quae a senatu meo et Scanderbegho dominatur. Reliqua omnis mediterranea aut hosti subdita, aut obnoxia fore dignoscitur. In hac, quam primum fama notesceret, saeviret hostis et, cum oppida sint minime munita, facillime superaret, fierentque duo Christianae religioni contraria, amissio videlicet ejus, quae nunc nobis est

subdita ora, et hostis viribus data esset facultas mari dominandi et in Italiam trajiciendi, quod cum uni omnium iudicio est cavendum. At si forte rei inscitia aut hastu quiesceret hostis, donec aliquantae copiae forent expositae, tunc majori nos damno aggredieretur, oppugnaret pariterque deleret, cum praesidii locum tutum nostri minime, ut opinor, habere possent. Verum si adhuc universum exercitum exponi pateretur, cum tanto hosti sufficiens esse non videatur, XXX numerus certum est. Christianos illas oras incolentes, licet voluntate ab hoste dissentiant, exitii tamen sui trepidos, si qua nobis praesidia contulissent, cum quid nostris adversi accidisset, nobis potius hostes futuros quam socios, sicque adversus eos foret primo bellandum, quos nobis socios et voluntas et fortuna, si aliunde bellum iniretur, polliceri videtur, praeterea si ea parte bellum ineundum foret. Cum exercitus in mediterranea transmigrasset, omni praesidio maritimae classis commeatuum ac machinarum omnino privatus esset montium difficultate interjacentium, quod maxime evitandum censent. Verum summa ope nitendum, ut ea parte inchoandum sit bellum, qua exercitus classi et classis exercitui assidue succurrere valeat. Quare cum haec {231r} Albanensis via his difficultatibus evitanda sit, videlicet exercitus exponendi, belligerandi cum sociis, ac nulla classis subsidia consequendi sentient relinquendam hanc et ut aptiorem aliam adeundam.

Alia namque **Peloponnesi seu Moreae via** laudatur, quae, etsi distantior aliquantulum sit, aptior tamen pluribus rationibus esse videtur. Est namque amplior regio et cujusque exercitus expositioni tam peditum equitumque quam navalium copiarum aptior, viris, equis, commeatibusque refertior, ita ut praeter primorum equos minoribus affatim regio nostris ipsa succurret, et, inquam, tute omnis exercitus exponi tueri potest. Est namque octingentorum militum ambitu circumdata, sex tantum miliaribus spatio terrae contigua. Quod quidem spatii medium quattuor miliaribus monte extenso utantur. Reliquum a lateribus utroque mari contiguum ab imperatore nuperrime trucidato mensis spatio muro clausum extabat, qui donec vigiliis, stationibusque tutatus fuit, nulla Teucrorum vi potuit obtineri. Verum ut derelictus exitit, superatus facile ac solo prostratus fuit. Hunc multo facilius struere poterit Christiana potestas simulque tueri nec hostium obsidionem vereri, cum duorum dierum itinere aquae nullae dulces habentur ab extra, quarum hostibus summa incumbit necessitas. Nam eadem utuntur homines et jumenta, cum vinum bibere prohibeantur. Hoc soli spatium si parva admodum manus mense Junii, dum aquae omnes deficiunt, navibus allata esset, lignis et apparatibus praemunita: parvo equidem tempore illud adeo claudere posset aggere strueque lignorum, ut et tueri facile esset et spatio praestolari, donec murus erigeretur ut ante, qui paucis admodum diebus facile strui poterit. Extant namque lapides, solum bitumine quod quidem conficietur, quam totius opificeque opus est. In hoc tam tutum, tam amplum, tam fertile solum incolere tuto posset Christianus apparatus. Et si hostium vires ampliores viderentur, ut eis occurrere dubitaret, securam intus vitam degere posset. Sin vero hostes minime verendi essent, ita ut in occursum ire censeretur XX millium Peloponnensium copias ibidem sibi facile compararet, quo auctus praesidio et adire hostes et pellere non dubitaret, praesertim cum quam primum egressus foret, Graecorum oppida multa nullis munita praesidiis nec muris vallata, cum prosterni fecerit hostis sua potentia fretus reperire contigerit, quae sponte Teucrorum juga ab orientia nostris se ultro flexis genibus dederent. Hac iter faciundo exercitus semper classis praesidio uti posset et classis exercitus, ita ut quaelibet pars alteri continuo usi esset: illac facilis est transitus Thessalonicum, Gallipolim, Andrinopolim, et Constantinopolim, quae maritimae civitates omnes

praeter Andrinopolim et impugnari et capi classis praesidio possent. Hac iter faciundo omnes illae Christianae gentes, quae a laeva post tergum exercitus linquerentur, Albanenses videlicet Epirotae Wallachique, qui partes illas incolunt, Graeci et Bosnenses, quae crudele cervicibus jugum excutere cupiunt. Et quae via alia nostris ingressis videlicet Albanensi hostium occurrerent loco, omni qualicumque felicitare nostra {231v} promoti nostris rebus magno equitum peditumque numero praesidio festinarent, quibus si aliunde contractis pecuniis aliquali stipendio tua succurreret sanctitas, proculdubio actum de hoste foret. Ita ut denudatus tanto praesidio eodemque rebus nostris auctis facilem nobis victoriam meditaretur ac de fuga consilia iniret, quod facile nobis sperandum indulget praeter ea, quae dicta sunt alia ex parte Hunnorum virtus ac probitas hanc equidem nobis ex hostibus victoriam suadet, cum Christianorum virtus, tum et ratio ipsa. Nam cum hostis non multa expertorum militum copia munitus sit, cum apud Belgradum magna huiusmodi virorum manu spoliatus extiterit, aut qui supersunt in alteram tantum partem adducere statuet reliquam tumultuario milite muniens, aut in aequas partes expertes copias tumultuarios et in bellem multitudinem aequis portionibus dividet, utcumque erit nostris victoriae spem fortuna polliceri videtur? Nam si in alteram tantum partem veteranos adduxerit, proculdubio pars altera praesidio denudata succumbet. At si in ambas partes adduxerit, neutra fidelium probitati obstare poterit cum hinc robore Italicorum, illinc Hunnorum virtute permixta senserit.

Tales enim praestabit sibi rerum exitus tua beatitudo, si belli ducibus ac principibus praeter gloriam adepti imperia partiaris, quod quidem non tantum obtinendae victoriae causa fore videtur, verum et in posterum conservandae, quo tranquilla ad huiusmodi hostibus tempora ducere valeamus. Hic equidem rerum exitum, ordo apparatusque praepositus, et locorum commoditas, unde bellum dicitur inchoandum polliceri videtur. Est namque tanti momenti Moreae solum, ut etsi nullum bellum suscipiendum tua decernet sanctitas, dum tamen a nostris munitum atque obtentum foret, praecclusus sit hosti aditus in Italiam paveatque se ad Hunnos transferre, cum si altero bello implicitus foret, facile esset nostris Peloponneso egressis Graeciam, Thessaliam simul et Thraciam occupare, ni celer eo revocatus suis afferre praesidia festinarit. Sin vero praeoccupaverit hostis, non ut nunc, sed oppida simul et castella muniendo ita rerum ac maris dominus potissime foret, ut nobis exitium paene futurum prudentes illi dijudicent inferantque, si tale Christianis rebus excidium immineret. Ita maris dominio potiturum ut facile sibi in Italia aditum polliceri videretur, cum parata classe nocte una sibi in Apulia transitum aquilo spondeat, et, quam voluerit, nocte ac die oram invadere liceat. Optarem equidem nosce, quam tunc sibi spem Itali pollicerentur, cum si in unum minime omnis coiret Italia et intestinis tunc aut bellis aut suspicionibus urgeretur. Actum proculdubio de imperio foret, si vero coeuntibus animis praesidia comparassent aut illa in unum tenere statuent. Et tunc ad alia loca se vertet hostis, cui tanta potentia suppetit, illaque facile superabitur, cum minime fuerint forte munita praesidiis. At si in diversas partes fuerint nostra deducta praesidia, nulla erit pars, quae tanto apparatusi obstare valeat, cum nil sibi post tergum timescendum fuerit. Quare optimum in re nostra praesidium fore, inquit, occupare Moream, quae et inferendo hosti bellum et a nostris finibus cohaerendi hostem videtur aptissima et maris, ut ita dixerim, {232r} hosti adimat potestatem, nobis tribuat et conservet.

Superest nunc qualiter quibusve modis gentes Italiae, quae mittendae sint, confici valeant. Et cum princeps nullus praesidio se spoliare intendit, nulla aptior via videtur, quam ut potentia quaeque pro virile parte, ut infra, succurrat, quae in unum congregatae in hostem occurrant. Et principes reliquis maneant muniti praesidiis, et ne quid adversi accidere valeat, licet quaeque pars suis dominis obtemperando transnaverit, sub ecclesiastico tamen praesule militant fidemque servant.

Restat nunc quod difficilimum videtur, ut unde **pecuniae** summae, quae tantis apparatibus omnique necessario tempori serviant, haberi valeant, inquiramus. Et quoniam, ut praefertur, difficilima pars videtur, nec haberi absque aliquali gravamina possint, quam minori fieri nocumento possit investigemus. Priusquam quam erogandi mihi placitue morem edisceram, licet vagari quantisper, ut si aliter fieri queat faciliusque tanto operi succurri valeat, pedibus sententiam ineamus. Et ut a primoribus Christianae religionis initiamur, quoniam Latino tantum apparatui duodecim centenis millibus ducatorum opus est, puto beatitudinem tuam tuam ceterumque clerum Italum minime posse aut velle tanta conferre. Extimo partier saeculares principes tantum onus minime subituros. Quare cum potentiores nec velint nec queant, aut operiundum nobis certum exitium aut alio tramite tanto apparatui pro salute Christiano nominis succurrendum existimo. Et quoniam tanto periculo obviandum nostrisque rebus necessario subveniendum censeo, quosque hortor ac deprecor, ut pro virile potius parte succurrant, quam abstinendo periculum aedibus, liberis, ac cervicibus suis intueri velint, similemque Constantinopolitanae cladi exitium se evitare cognoscant, si hosti saevissimo obviare decreverint, aut, si id neglexerint, se noverint incursuros, eligantque potius potiunculam sumptuum pro salute sua suorumque voluntate conferre, quam una omnium communi clade cuncta simul hostibus erogare, patianturque potius a tua beatitudine paterna animadversione serviri quam saeva inhumani hostis feritate lacerari, et sibi potius alieno exemplo succurri mallent, quam sua calamitate aut trucidari aut passim per orbem vagari, ubi modica aut nulla calamitatum misericordia fore dignoscitur. Suasis ego Christifidelibus: ut partem potius conferrant voluntate quam omnem substantiam hostibus largiantur, facile equidem mihi fore videtur, quod difficilimum censebatur. Nam cum pridem tua beatitudo censuerit decimam reddituum clericalium erogandam, semidecimam saecularium Hunnis ac Italis velut hosti propinquioribus, ceteris vero dimidiam semidecimae reddendam tuam sanctitatem velut commune Christianorum parentem decernere censeo, et, si quaeque mobilia bona habere contingerit, pro ducatorum mille quantitate ducatos quique Hunnis et Italis. Ceteris vero dimidium censeatur. Et ut liberius cuncti obtemperent pro viribus recte solventibus, plenariam peccatorum remissionem impendat. At si quempiam recusare aut fraudare contigerit (quod absit) beatorum apostolorum indignationem se noverit incurrisse. et ne ob id ab erogatione sortis suae solutos se {232v} censeant, dupli poena mulcentur, ut qui crucis amore servire desierint, timore servire non desinant. Et licet haec pecuniarum quantitas magna videri posset, quae parvo admodum labori hominum sit eroganda, quia tamen non omnino sufficiet aliquaque supplemento opus fore noscatur, illud principibus ac potestatibus impartiundum videtur. Nam cum apparatus hic eis potissime succurrere videatur, ut sua regna censuerent, merito quod pro communi salute a cunctis elicitur, eos negare non convenit. Fiet hac serie sufficiens apparatus indubie, quamdiu bellum extiterit duraturum summa nostra securitate, parvoque omnium incommodo, cum nulli major sors contingere videatur, quam ut pro centum ducatis annis quinque pro fide Christi, pro sua omniumque salute quisque persolvat. Verum ne pecuniarum

exactio quid adversi inferre valeat, et ne exactis pecuniis apparatus indigeat, optimum fore videtur, cuique potentiae potestatem conferri subditorum suorum laicorum et clericorum summas exigere, quibus tangentium se numerum gentium et struere et alere singulis temporibus valeant, ne aliter transmissa in exercitum stipe unus egeat, alter repletus incedat. Credibile enim et rationi consonum fore videtur quemque, quos miserit, gens aliturum facilius quam alienas. Qua ex re sanctius fore videtur summas quemque subditorum suorum exigere. cum ut illas suis gentibus eroget, tum quod deesse videbitur, e propriis facilius ipse succurrat. Et ne quis gravem principibus impensam videri existimet, omnium sententia judicatur majestati regiae regnum Siciliae et Apuliae, quae Italia sunt, ex decimis et semidecimis ultra CLX ducatis collatum poterit, ne cuique regia majestas gravata videri, si pro Christi gloria pro suae dignitatis salute sexaginta millia ducatorum vel circa ei contigerit erogare. Quod quidem de ceteris potentiis dicitur, cum eis tantam exigendi pecuniarum quantitatem traditum sit, ut modica sorte supplex contingat, ob quam minime gravari debeat, cum sibi salutem ab hoste et ab Italis pacem acquirant. Quam quidem fortem et ampliorem forte intestinis Italiae bellis impenderent, in hoc abundans militum copia, quae bellum anhelare videtur, in hostem communi pro utilitate mearet. Non est ergo ulli dolendum de quantumcula sibi sorte tangent, nisi ei qui magis parvam pecuniae partem quam Christum, quam filios, quam se denique diligere videatur, quia tunc magis existimandus est hostis quam fidelis aut civis. Quare plane relinquitur, cum tua beatitudo, ut communem fidelium parentem decet, pro viribus conata fuerit prudentissimos in principes mittens legatos, Christi cultores, rem pro votis successuram Christique nomen nedum mansurum illaesum. Verum est amissa redempturum. Et quod de repetundis pecuniis in Italia dicitur, illud et in ceteros fideles fiendum decernitur, ut inde sumpta pecunia Hunnis, Albanensibus, Graecis, et aliis succurrere tua sanctitas valeat et in alios pariter usus belli, si opus fuerit, erogare, dum tamen a fidis custodibus exigenda et eroganda mandetur, ne eorum fraude ac pravitate communia omnium vota frustrentur. Et quoniam potentias Italas gentium numerum conferre praediximus, nonnullorum iudicio taxatus {233r}, ut infra numerus describetur, cui per singula lancea annuo stipendio ducatus centum ac pro quoque pedite XXIII conferendos omnino decernunt. Triremibus vero et navibus quingentos ducatos singulis mensibus persolvere censent, ut digna cuncti stipe muniti memorabile in hostem bellum inferre festinent.

Superest, ut si quae **auxilia** abunde nostris rebus afferre valeant inquiramus. Est namque Caramannus in Asia haud magnae potentiae dominus, verum situs natura munitus. Is cum pavore hujuscemodi hostis, ne illato sibi probito libello eum pellat e regno velut nonnullos orbem vagari coegit, tamen regni ac gloriae cupiditate illectus haud tardus insurget in hostem, si et pressum nostris undique viderit bellis, et tua illum sanctitas fecerit certiolem in Asiam minime Christianos intendere. Immo ei et ceteris, si qui in hostem surrexerint, illam impartiri, ut si potiundi regni gratia, quisque insurgat in hostem. Et nemo suae fidei cultor nobis obstare festinet, cum non pro patrio hostis adipiscendo solo, sed pro nostro redimendo nos sciverunt arma sumpsisse, quo efficietur, ut infidelis nemo ei praesidia conferat, cum non in eorum fidem, ut iste in nostrum, ne crassari perceperit. Et nemo in posterum audeat in nos arma conferre, cum nedum sibi infideles praesidia praestatueros agnoverit: verum cum fidelibus conventuros, ut eos regno ac proprio solo depellant. Et ne sententiae huic quis forte succenseat, cum elapsis temporibus hostis nostri genitor terra marique premeretur, dum adhuc stetit Constantinopolitana civitas auxiliaque a Persarum rege

postularet, arguens nostros in eorum fidem invehi, ferunt illum oratoribus respondisse: si invadendi Asiam gratia bellum inferant Christiani, illis pro fide auxilia praestaturum. Sin vero sua redimendo gratia bellum gererent, cum id jure liceat, sciant se nullatenus injusto bello arma laturum. Digna quidem eo principe sententia, quae meritis illum laudibus extulit, et nos menti suae reddidit cautiores. Extat superior huic summe potentiae Gensal, Persarum rex, Tamberlani maximi nepos, quem hostis noster plurimum formidare dignoscitur, cujus avus hostis nostri avum proelio superatum ac vinculis et carcere clausum coram se undique in triumphum detulerat. Hic paucis annis elapsis, dum iter hostem hunc versus faceret, trecentis millibus hominum septis soldano et Teucro se praebuit formidandum: verum medio itinere revocatus, eis spiritum reddere visus est. Hunc forte tua legatio excitare posset, qui si socium belli se forte polliceretur, actum proculdubio foret de hoste. Sed forte verendum esset, ne majori periculo validiorem nobis hostem proximum redderemus. Sed in his haec summa consilii forte sanctior judicatur et adire virum, ut hosti terrorem incutiat, et in arma nullatenus irritare, ne in posterum deterior sors nostra futura videatur.

Haec sunt, beatissime pater, quae tuam beatitudinem latere nolui, ut si quid Christianae saluti hinc conferre cognoverit, et tua sanctitas eligat et devotionis meae in Christum tuamque sanctitatem fomenta praecipiat, cujus beatitudinis predibus praefata me commendat oratio.

46. Oration “*Leva in circuitu*” of Rodrigo Sánchez de Arévalo (September 1464, Ancona)

Pius II had commissioned this oration from Bishop Rodrigo Sánchez de Arévalo, ambassador of the King of Castile to the Papal Court and also attached to that court in an official function. The oration was intended to be held at the solemn mustering of troops in Ancona, from where the pope would set out for his crusade against the Turks, more or less deserted by the secular powers, with the exception of Venice and Hungary. The pope, however, died in Ancona just as the Venetian galleys were arriving, and the commissioned oration was never held.

Manuscripts:

- **Cambridge / Corpus Christi College**
Ms. 166, ff. 63v-74r

Editions

- López Fonseca, A. & Ruiz Vila, J. M.: *Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discursos al servicio de la Corona de Castilla*. Madrid, 2013, pp. 276-307

Present edition

The present edition is a “light” edition based on the only manuscript presently known to contain it. The text appears to be a quite good version of the original oration, but there seems to be some textual corruptions, which cannot be corrected in the absence of other manuscripts containing the oration.

For principles of edition (incl. orthography), see COR, 1: 9.

Ad summum pontificem Pium II et sacrum collegium reverendissimorum dominorum cardinalium ac praelatos necnon cunctos principes et fideles exhortatoria oratio incipit ad suscipiendum justum et necessarium bellum contra Turcum perfidum, crucis Christi hostem, edita a Roderico episcopo Ovetensi tunc, nunc Calaguritano, Hispano, serenissimi domini regis Castella oratore

0. Introduction

[1] {63v} *Leva in circuitu oculos tuos, beatissime pater ac maxime pontifex, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.*¹ Ecce quales tibi elegit Deus et collegit a finibus terrae bellatores ex fortissimis provinciarum venientes. Exaltasti nuper, summe ac maxime pontifex, vocem tuam et - ut verum decet speculatorem – cecinisti bucina et annuntiasti populo Christiano gladium venturum.² Quippe clangenti quadam bucina validoque clamore per universum orbem resonanti fideles salubriter monuisti, periculum palam indicasti. Imminentes fidei catholicae calamitates non solum per vocem, sed per tubam apostolicam seu bucinam, quae fortius clamat, aperte significasti, atque, ut fideles vires resumerent, arma in Turcos, crucis Christi hostes, caperent, omnium clamorum genere acclamasti, teque membris debilem, sed animo fortem in portu ad hostium conspectum in propria constituisti. Sed ecce, qui *ures audiendi* habent,³ audierunt vocem tuam, et clamor tuus pervalidus excitavit eos. {64r}

[2] Cum igitur assit illa expectata atque felix et fausta dies, qua in terras provinciasque infidelium immo nostras transeundum sit atque in eosdem hostes confligendum, brevis succinctaque in tuae sanctitatis tuique senatus sacratissimi conspectu tuoque jussu ad hos Christi milites oratio erit. Antiquorum nostrorum⁴, beatissime pater ac reverendissimi domini et strenuissimi Christi milites, illa praeclara sententia fuit, ingerendis videlicet suscipiendisque bellis tria quam maxime attendi oportere: his enim bella ipsa nedum tute inchoantur atque feliciter geruntur sed et securius feliciusque finiuntur.

[3] Primum quidem belland[i] est justitia aut ad patriam mortalibus innata⁵ pietas. Alterum impavida bellatorum ad confligendum animositas. Tertium desiderata vincendi securitas. Primum itaque belli justitiam, alterum bellatorum fortitudinem, tertium victoriae certitudinem demonstrat. Ea igitur, si concurrant, bellum felicissime quidem non tam suscipitur quam infertur. Cum igitur, beatissime pater ac praestissimi et strenuissimi Christi athletae, hodierna die ea omnia {64v} non modo nos committentur, sed invitent, moveant quippe cogant arma capere, nihil impedit, cur hodie in domino confidentes bellum hoc felicissimum, quod tu, sanctissime pater, imperfidis spurcissimosque Turcos, crucis Christi hostes, ad Dei laudem et fidei exaltationem salubriter institutisti, secure agere non debeamus. Attingam ergo brevi eas tres partes, ex quibus facile cognoscemus illud magnae fiduciae sacrum oculum ad nos delatum esse, quia non est pugna vestra, sed Dei.

¹ Isaiah, 49, 18; 60, 4

² Probably a reference to Pius' crusade bull, *Ezechielis*

prophetae, issued in October 1464

³ Matthew, 11, 15

⁴ oratio *add. cod.*

⁵ *ignata cod.*

1. Justice of war

[4] Justissimam igitur nostri belli causam nemo nisi injustus ignorat et nisi insanus negligit. Quod enim justius quam fidem, ex qua vivimus, quam primam cui vivimus, tueri? Hinc Ambrosius: *Fortitudo, quae bello fidem patriamque tuetur, plena justitia est*. Quid denique ignavius, quid insanius quam furem bestiam, quam dirum serpentem in sinu aequo animo ferre, et vero in se torpescere, dum falso aliorum praesidiis confidit? *Adversaria quippe et lubrica spes est*, ut inquit Origenes, *inter cetera {65r} pericula dubia expectare praesidia*. Quare – ut mihi satis videtur – longe est melius sese mediocriter tueri quam in aliis male confidere. Certamus, o beatissime pater, o fortissimi Christi milites, non pro domibus, non pro agris, non pro arcendis aquis, non pro vanis mundi honoribus aut agendis opibus, sed bellamus pro honore summi patris et immortalis Dei, quem ad sanguinem usque proprium tueri tenemur, ipso nobis dicente per prophetam: *Si ego pater sum, ubi est honor meus?*

[5] Certamus rursus pro fide Christiana, quo beato nomine Christiani censemur. Certamus pro tuenda patria, pro salute nostra. Certamus denique, ut ubertatem consequamur, servitutem miserrimam vitemus, ex altera gloriam, ex altera ignominiam recepturi. Utraque quippe sese nobis hodie offert: jucunda libertas et dira servitus. Si haec non minus reprehensionis, quam illa consequitur laudis. Pro his igitur, si Christiani sumus, si prudentes, si nostri memores, quippe si homines ratione vigentes, omni labore, omni periculo nedum opponere, sed ultro exponere nosipsos tenemur, ne comminantem divinam sententiam praesertim {65v} pastores audiamus. Non apposuistis, inquam, vos murum pro domo domini, nec ascendistis ex adverso, ut staretis in proelio in die domini. Juste ergo et recte pugnare debemus, quia non est hodie pugna vestra, sed Dei.

2. Strength

[6] Exigit ordo politicus, ut hoc secundo loco breviter perstringamus ea ipsa, quae nos quam maxime cogere videntur forti animo impavidoque conatu in hoc justissimo bello configere. In primis igitur bellandi audaciam ea, quae tetigimus, non modo aliunt, sed augment, bellandi videlicet justitia et ad patriam innata pietas, demum verum fortem configendi animum et impavidum pugnandi conatum plura efficere legimus, quorum primum ad immortalem Deum pura dilectio est et legis aemulatio¹, quae quis secundum Lactantium *omnem mentis affectum ad Deum sincere et discrete porrigit*. Haec certe animum humanum ad quaeque ardua incendit et tandem cuncta pericula fugat. Hinc beatus Petrus in *Canonica* “*Quis,*” inquit, “*est, qui vobis noceat, si fueritis boni aemulatores?*” Nam {66r} juxta Nasonem *felix qui, quod amat, defendere forte audet*. Pigra reluctante cessat in hoste manus.

¹ eius mulatio cod.

[7] Rursus alterum est, quod pugnandi conatum¹ auget, *timor* videlicet *Dei quo quis* – ut inquit Augustinus – *fide vel moribus divinorum praeceptorum vigilans efficitur custoditor*. Hic divinus timor omnem humanum expellit timorem. Quippe – teste Gregorio – *cuncta hostilia arma forti animo penetrat, quo fit, ut idem ipse timidus sit simul et audax*. Quinimo tanto sit hostibus audacior, quanto Deo timidior, tantoque hominibus horribilior, quanto immortalis Deo formidolosior. De quo scriptum est: *In timore domini, spes fortitudinis. Et in ecclesia timenti Deum non occurrent mala*. Et rursus: *Timor Dei liberabit te ab inimicis*.

[8] Denique bellandi animum alit quaedam ampla animi magnitudo quia secundum Ciceronem *alta surgit mentis claritudo et ingens vigor ad res arduas asperaque nedum immobiliter ferendum, sed pulchre administrandum*. Haec enim cum bellatoris pectori defixa est, liberum eum, intrepidum et alacrem reddit, et – ut inquit {66v} Macrobius – *magnarum excelsarumque rerum efficit appetituum dolorumque ac laborum patientissimum*.

[9] Reliquum, quod confligendi animum auget, honesta est sui ipsius confidentia, qua quis – ut voluit Augustinus – *ex virtutum conscientia immotam habet mentem inter adversa*. Haec certe confidentia hostium cuneos² facile evertit, quia scriptum est: *Qui confidunt in domino sicut mons Sion*, et iterum: *Confidens in domino quasi leo*. Etiam juxta Danielelem: *Non est confusio confidentibus in domino*. Hinc gloriose milites Machabaeorum ad suos inquirunt: *Commilitones, confidenter state et videbitis auxilium domini*.

3. Certainty of victory

[10] Superest hoc tertio loco ostendere quam certa in hoc bello sit vincendi securitas. Primo igitur illud, quod paulo ante diximus, indubitatum nostris animis fi[n]gamus: quia cum bellandi hodie justa compellat causa, vincendi certitudo omnino sequatur, necesse est. Hinc Bernardus *ex cordis*, inquit, *affectu, non belli eventu pensatur vel periculum vel victoria Christiani hominis, quia si bona fuerit causa pugnantis, pugnae exitus {67r} malus esse non potest, sicut nec bonus judicabitur finis, ubi causa non bona nec intentio recta praecesserit*. Verum, beatissime pater et strenuissimi Christi milites, quam certa sit in hoc glorioso bello vincendi securitas, oro supplex mentis aures paululum accomodetis. Vadimus certe hodie versus illam orientis regionem, quam olim in carne praesens visitavit *oriens ex alto*, ut unde tunc in fortitudine sua principem tenebrarum extirpavit. Inde et nos illos satellites suos, *filios diffidentiae*,³ dissipemus. Felix certe bellum et inauditum militia genus, quo etsi solis viribus corporis hosti resistitur. Geminio tamen conflictu bellatur, et gemino fructu triumphatur, dum visibiles pariter et invisibiles hostes superamus. Ex omni quippe parte securi incedimus, qui sicut corpus ex ferro, sic animus ex fidei lorica induitur – utrisque enim nimirum armis muniti, nec daemones timemus nec homines. Ad nos enim scriptura ait: *Nobiscum est dominus, qui pugnabit pro nobis*.

¹ cognatum cod.

² cugneos cod.

³ Ephesians, 2, 2

[11] Si quis ille Christianus est, qui mortem formidat, qui mori pro Christo desiderare debet, quid enim aliud viventes {67v} aut morientes timere possumus, quibus *vivere Christus est et mori lucrum*. Est enim aut esse debet omnis optatus omnisque nostra cogitatio confidenter libenterque stare in bello pro Christo, sed *magis cupere dissolvi et esse cum Christo*. Hinc transfectantes in simili expeditione, Bernardus perpulchre consolatur inquens: *Securi ergo, o Christiani, procedite et intrepido animo inimicos crucis Christi propellite, certique nec mors neque vita poterunt vos separare a caritate Dei. Illud sane in omni periculo replicantes: sive vivimus sive morimur, domini servi sumus. Et sequitur: Quam gloriosi revertuntur victores de proelio; quam beati moriuntur martyres in proelio. Et rursus: Gaude, fortis athleta, si vivis, et vincis in domino. Sed magis exulta et gloriare, si morieris in domino. Vita quidem fructuosa, sed veraque ipsa mors fructuosior et gloriosior*. Nam si beati, qui in domino moriuntur, multo beatiores, qui pro domino moriuntur. Sed in bello domini, tanto quis moritur pretiosior, quanto gloriosior. O igitur quanto vita vita secunda ubi absque formidine mors spectatur, immo spectatur cum dulcedine {68r} et excipitur cum devotione. O vere sanctum et gloriosum bellum, quod ab omni periculo bellantes liberat.

[12] Solent bellare mortales et frequenter, ubi Christus non est causa bellandi. In quo bellandi genere tu qui saecularites militas, non parum times, ne aut occidas hostem, hostem, inquam, in corpore te vero in anima. Utroque igitur casu infelicitate bellatur. Nam – ut paucis agam – infelix est bellum, infelicius victoria, quia dum quis superat hominem vitio ipse peccatoque succumbit. In hoc vero glorioso bello securi proeliamur, quia nequaquam timemus de hostium caede peccatum, nec de nostra morte periculum, quoniam mors pro fide Christi vel ferenda vel inferenda nil habet criminis, sed plurimum gloriae meretur. *In bello enim Christi* - ut ait Bernardus – *Christianus securus interimit, interiit securior*. Sibi praestat, cum interit; Christo, cum interimit. Cum enim interimit, vindex est blasphemorum Christi. Cum autem occiditur, ipse non perisse, sed pervenisse cognoscitur. Mors ergo, quam irrogat, Christi est lucrum; quam excipit, suum. Cum infidelis occiditur, acquiritur Christo; cum fidelis opprimitur, Christus. {68v}

[13] Si Turcus truncatur, fidelis truncans coronatur. Cum vero gerens crucem truncatur¹, a Christo crucifixo praemiatur. Accipit fidelis libenter hostis necem pro ultione, sed libentius seipsum praebet pro praemiatione. Ubique victoria, ubique triumphus, ubique gloria. Atque inde² coronatur, si occidit; inde praemiatur, si occiditur. Cum superat fidelis, dicit *Reddam ultionem hostibus meis*.³ Si ab hoste perimitur, audit justus. Si morte praeoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit. Rapit fidelis hostem, ne fidem vincat malitia; rapitur ab hoste, ne malitia mutet intellectum ejus aut fictio animam illius. In morte pagani Christus gloriatur; in morte Christiani, regis liberalitas demonstratur. Cum fidelis occidit, de illo dicitur: Laetabitur justus, cum viderit vindictam. Cum occiditur, audit, si utique est fructus justo, utique est Deus iudicans eos in terra. Ex his igitur apertissime libet intueri, quam certa hodie nobis assit vincendi securitas, quia non est pugna nostra, sed Dei.

¹ cruciatur cod.

² unde cod.

³ Deuteronomy, 32, 41

4. Clerical and Christian war

[14] Postremo brevi compendio alia complectamur, {69r} quae fortissimos bellatores ac milites observare oportere sapientes voluerunt, quorum primum est, ut quidquid insigne, quidquid praeclarum aut gloriosum est, non quidem venale, non quidem quaestuosum sub militia praetextu perquirant. Non ergo aurum, sed fides, non augendi rem familiarem animus, sed tuendi rem publicam nos bellum hoc suscipere cogat. Cogitemus, quia nil habet virtus praeclarum. Si quid venale habet, et apud Gellium¹ in bellicis actibus nihil cuiquam praeter laudem aut bene administrandi aut optime bellandi officium debet accedere. Reliquum est, ut in suscipiendis belli laboribus et periculis gerendisque administrationibus ad res bellicas spectantibus nullus se retrahat, quin potius ultro offerat memores praeclari maximi illius Romani dicentis quia olim ambiguae laudis a senatus civis existimabatur, qui debitis necesariisque ad rem publicam officiis non sua sponte, sed missis fungeretur, quia quidquid imperio agitur exigenti magis quam praestanti acceptum refertur. Rursus bellicis rebus incoeptis perseverare duces militesque oportet.

[15] {69v} Hinc noster Annaeus Cordubensis Seneca: *Turpe est cedere labori, quem semel incoepisti, nec est vir fortis et firmus, qui laborem fugit. Nam crescit fortiter animus cum ipsa eorum difficultate.* Et rursus Quintilianus: *Perseverandum est saltem, quod² incoepemus, et, si vires deficient, non tamen desistamus, quia nihil longum videri debet in quo, quod ultimum est, certum est.* Et subdit, *quod saepe fieri non potest, fiat diu.* Perseveremus igitur, patres, in hoc incoepto glorioso bello et assiduo labori robur addamus, donec bonus finis bonam mentem sequatur. Ducamus ad mentem, quia juxta quendam jurisconsultum, *qui bellare tenetur, satisfacere minime videtur, nisi belli finem expectet. Alias improbus desertorque militiae censendus est.* Ceterum non terreat labor, non asperitas rerum bellicarum, non difficultas, non periculum instans, ut enim inquit Cicero: *Fortis animo et constantis est non perturbari in rebus asperis nec tumultuatione de gradu ejici.* Sed nec terreat vultus instantis hostis.

[16] Nihil enim tam forte tamque arduum aut terribile umquam fuit, quod fides, quod constantia, {70r} quod ipsa animi virtus non vincat. Labori ergo oportet insistere, ubi effectus promittitur. Scimus enim – teste scriptura – quia *auxiliator est Deus his, qui pro veritate pugnant.* Sit animo nostro fixum illud Catonis ad milites suos: *Cogitate, inquit, animis vestris, si quid per laborem recte feceritis. Labor ipse statim recedet a vobis. Laus vero numquam decidet. E contra si per desidiam voluptatis gratia aliquid virtutis obmiseritis, deliciae statim abibunt, turpitudine vero nedum manebit, sed perpetuo vos cruciabit.* Rursus non turbulenti aut impetuousi sive ex quadam levitate praecipites pergamus ad bellum, scientes quia juxta Apulejum *nulla res potest esse simul festinata et examinata, nec est aliquid, quod habere possit laudem diligentiae simul et celeritatis.* Consulte ergo et cum omni providentia nosipsos ordinemus atque cum tota animi quiete pugnemus juxta illud quod de antiquis scriptum est, quia *viri fortes procedunt ad bella pacifici.*

[17] Cum vero confligere oporteat, pristina lenitate postposita rigida quadam feritate in hostes insurgamus. Nam Homerus {70v} plerumque virtuti furorem miscendum jubebat. Nos ego, dum

¹ Agelium cod.

² quia cod.

manu conflagimus, corde dicamus ad Deum caeli cum propheta: *Nonne qui oderant te, domine, oderam, et super inimicos meos tabescebam*. Et iterum *Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi*. Itaque intus pacifici, foris hostibus feroces videamur, mentes ad Deum, manus in hostes mittentes exemplo sanctorum sacerdotum Machabaeorum, de quibus scriptura ait, quia *manu quidem erant bellantes, sed corde Deum orantes*. Eisdem etiam beatos viros imitantes, qui dum contra hostes pugnarent, gestu quidem agnis mitiores, sed factis leonibus fortiores videbantur. Nos ergo horum exempla sectemur, ut hostes ipsos jam non modo nos sacerdotes, non pontifices, sed exercitatos milites sentiant cognoscantque utrumque adesse nobis, videlicet sacerdotum mansuetudinem simul et militarem fortitudinem.

[18] Sed jam videre videor quosdam susurrantes dicere domum Dei decere sanctitudo, non sanguinis effusionem. Item ajunt ministri ecclesiae ornare faciem templi debere non quidem armis, sed moribus et patientiae {71r} exemplis, qui Christi jussu in Petri persona gladium reponere jubentur. Sed qui talia garriunt, similes omnino hortolani canibus videntur. His enim non satis est, quod caules quidem ipsi non comedunt, sed ne aliis capiant latrare aut mordere non cessant. Dolent certe nonnulli, ut ea nos agamus, quae eos non explere nos magis dolemus. Fateor domum Dei decet sanctitudo. Ea tamen non perditur, cum ideo pugnatur, ut sanctitudo ipsa servetur. Ut enim inquit Jeronimus, *non debet minister Dei aliquem velle perire, sed considerandum est, quia non aliter meruit habere pacem domus David, nisi Absalon filius ejus in bello, quod contra patrem gesserat, occideretur*. Et subdit: *Sic ecclesia catholica si cum quorundam infidelium perditione aliquos colligit dolorem materni cordis, sanat liberatione plurimum populorum*.

[19] Haec ille rursus templi facies ornanda est, sed - ut ego arbitror - persecutionis tempore non gemmis, sed armis et pro antiquis coronis aureis circumpendentibus clipeis fides defendenda est. Sed et pro candelabris, thuribulis atque urceolis lanceis certe et {71v} toracibus utendum redemptoris exemplo, qui persecutionis tempore discipulos gladius emi jussit. Unde Ambrosius quomodo ferire cohibuit, qui gladium emi jussit, nisi ut sit parata defensio. Ubi persecutionis instat offensio praesertim cum persequentes nonnisi gladio vinci possunt. Unde Johannes Chrysostomus Petrum, apostolorum principem gentium constat homicidium commississe, subdens sanctis viris prohibitum non esse ferire, cum aliter fidem defendere non valent. Quinimo - it ait canon - temptare quis Deum, si habet, quod faciat, et sanctae religionis detrimenta non praecavet. Hinc Bernardus: *Non quidem pagani necandi sunt, si aliter possunt ab infestatione fidelium cohiberi. Quod si fieri nequit, melius est, ut occidantur, quam certe relinquatur virga peccatorum super sortem justorum, ne forte extendant ad iniquitates manus suas. Disperdantur ergo, qui templum domini polluere et haereditare possidere sanctuarium Dei conatur*. Et subdit Bernardus: *Evaginetur uterque gladius fidelium in cervices inimicorum ad destruendam {72r} omnem altitudinem extollendum se adversus scientiam Dei, quae est Christianorum fides, ne quando decant gentes: Ubi est Deus eorum?* Sed haec alibi latius tangemus.

[20] Pugnent ergo hodie sacerdotes contra sacerdotium volentes extinguere. Pugnent, qui sacra offerunt, contra blasphematores sancta sacrificia. Pugnent ministri ecclesiae contra ecclesiam persequentes. Pugnent pro fide fideles ecclesiae ministri, cum aliter fides non defenditur. Pugnent pro fide principes spirituales, cum negligent potentatus temporales. Sacerdotes, quod saecularium est, exerceant, cum laici, quod suum est, agere negligunt. Sacra vertantur in gladius, cum desunt,

qui sacra tueantur. Sumant pro fide arma clerici, cum lasciviunt laici. Quod si gubernator onerariae navis classem non defendit, numquid qui in scaphis sunt, classem non tuebuntur?

[21] Et si gladii ancipites non scindunt, numquid cultellus hebes erit? Et si serra non secat, numquid lima torpescet? Aut si pastores luporum rabie non excitantur, numquid arietes se et gregem cornibus non defendant? Et si runfea¹ terrenae potestatis non movetur, numquid praesulum baculus fidem non tuebitur? {72v} Et si ad necem miles simul et orphanus quaerunur, numquid negligente militari gladio orphanus sese non tuebitur? Et – ut paucis agamus – si defensor ignavia² torpet, numquid qui defendendus est imminentem capiti gladium non avertet? Omnibus et praecipue sacerdoti dictum est: *Maleficos non patieris vivere*.

[22] Rursus non timeamus numerosam multitudinem barbarorum. Ejus quippe causam agimus, qui – ut scribitur apud Machabaos – solet concludere multos in manus paucorum. Quia non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de caelo; fortitudo est a Deo. Nam eorum, qui in domino confidunt, saepe unus persecutus est, mille et duodecim millia. Scriptum est enim: *Non in fortitudine sua roborabitur vir*. Unde Augustinus contra quinque haereses: *Donabit certanti victoriam, qui certanti dedit pugnandi audaciam*. Et subdit: *Non ergo nos hostium multitudo, non militum turba, non bellantium forma, non quasi fulgoris vitrea timeat armatura. Goliath³ magnum, robustum et armis terribilem David inermis solusque uno lapide prostravit cunctaque castra Filistinorum evertit. Quare {73r} dicamus cum propheta: Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine domini bellabimus*. Et iterum: *Dominus firmamentum meum et refugium meum. Deus meus liberator meus*. Et illud: *Fortitudinem meam a te custodiam*.

[23] Fugiamus armorum pompam, intus fide, foris hispido ferro pugnemus. Armati, non ornati contra hostem certemus. Tales hostibus videamur, et metum eis incutiamus. Non avaritiam provocemus. Pugnam igitur, non pompam, victoriam, non gloriam cogitemus. Sed tedeamus⁴ magis hostibus esse formidini quam admirationi, dicentes: *Non nobis, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*. Solliciti simus servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unusquisque non propriam sequatur voluntatem, sed sanctissimi domini nostri ducumque suorum, scientes quia filius indisciplinatus peribit, et nullibi – ut ajunt – inoboedientia periculosior est quam in his rebus, quae⁵ ferro aguntur. Nullo tempore aut otiosi sedeamus aut curiosi vagemus, sed dum non conflagimus, ne gratis comedamus panem, orationi vacemus atque lectioni et exhortationi. Verbum insolens, opus inutile, risus immoderatus a nobis effugiant. Ludos nesciamus, {73v} nisi quomodo illudamus hostes. *Cogitemus quia* – ut ait noster Seneca – *periculosissime est in eo joculari pelago, ubi, dum ludunt, navigia sorbent*. Fabulatores scurriles tamquam vanitates et insanias falsas abominemur. Delicata quaeque fugamus. Labori non parcamus. Pericula contemnamus.

[24] Conspiciamus sanctissimum dominum nostrum, qui immaculae vitae reliquias, seniliaque ac rugosa membra parvipendens in humili lecto jacet, et dum salutem quaerit nostram, sese extra salutem ponere videtur, ut fidem patriamque suis orationibus, sed vestris manibus ab hostium

¹ Sic!

² inavia cod.

³ Goliam cod.

⁴ Sic!

⁵ quem cod.

faucibus eripiat, et Christiana res¹, quae castrata atque eversa a tyrannis infidelibus conspicitur, a fidelibus manibus restituta videatur.

[25] Tu ergo, pater beatissime et maxime pontifex, dux et caput Christiani populus: leva jam in circuitu oculos tuos et vide. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Hoc tibi auxilium missum de caelo conspice. Fove igitur eos tuaque oratione conforta, benedictione sanctifica. Ecce quales tibi elegit Deus et collegit a finibus terrae ministros ex fortissimis nationum venientes. Benedic ergo eis, et erunt benedicti, ut in omnibus sit ipse benedictus, qui {74r} docet manus nostras ad proelium et digitos nostros ad bellum, ad ejus gloriam, qui vivit in saecula saeculorum. Amen.

Explicit oratio ad bellum in Turcos exhortatoria.

¹ qui ea *add.* cod.

BIBLIOGRAPHY

Abulafia, David: Ferrante I of Naples, Pope Pius II and the Congress of Mantua (1459). In: *Montjoie. Studies in Crusade History in Honour of Hans Eberhard Mayer*, ed. by B.Z. Kedar et al. Aldershot, 1997, pp. 235-249

Baechtold, Jakob: Zu Niklaus von Wyle. In: *Zeitschrift für vergleichende Litteraturgeschichte und Renaissance-Litteratur*, Neue Folge, 1 (1887/1888) 348-350

Ballistreri, Gianni: Bornio da Sala. In: *Dizionario Biografico degli Italiani*. Vol. 12. 1971

Beltran, Evencio (ed.): *Nouveau textes inedits d'humanistes francais du milieu du XVe siècle*. Geneve, 1992. (Travaux d'Humanisme et Renaissance; 266)

Bentley, J.H.: *Politics and Culture in Renaissance Naples*. Princeton, 1987

Benziger, Wolfram: *Zur Theorie von Krieg und Frieden in der Italienischen Renaissance. Die Disputatio De pace et bello zwischen Platina und Rodrigo Sánchez de Arévalo und andere anlässlich der Pax Paolina (Rom 1468) entstandene Schriften*. Mit Edition und Übersetzung. Frankfurt, 1995. (Europäische Hochschulschriften. Reihe III. Série III; 702), p. 151

Crivelli, Lodrisio: *De expeditione Pii Papae II adversus Turcos*

- Leodrisii Cribelli *De expeditione Pii Papae II adversus Turcos*. A cura di Giulio C. Zimolo. Bologna, 1950. (Rerum Italicarum Scriptores; T. XXIII, P. V)

D'Addario, Arnaldo: Antonino Pierozzi, santo. In: *Dizionario Biografico degli Italiani*. Vol. 3. 1961

Du Fresne de Beaucourt, Gaston: *Les Chartiers. Recherches sur Guillaume, Alain et Jean Chartier*. Caen, 1869

Filelfo, Francesco: *Orationes*

- *Orationes Francisci Philelphi cum quibusdam aliis eiusdem operibus ad oratorium summopere conducentibus*. [Paris]: Jean Petit, [1515]¹

Giustinian, Bernardo: *Orationes et epistolae*

¹

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100001016>

- *Bernardus Iustinianus: Orationes et epistolae. [Venezia, 1492?]*

Guasti, Cesare: *Due legazioni al Sommo Pontifice per il Comune di Firenze presedute da Sant'Antonino arcivescovo*. Firenze, 1857

Isotta Nogarola:

- *Isotae Nogarolae Veronensis Opera quae supersunt omnia*. Coll. A. Apponyi. Edid. E. Abel. 2 vols. Wien, 1886
- Nogarola, Isotta: *Complete writings*. Ed. and transl. by M.L. King & D. Robin. Chicago, 2004,

Joachimsohn, Paul: *Gregor Heimburg*. Bamberg, 1891 (Historische Abhandlungen aus dem Münchener Seminar; 1)

Märkl, Claudia: *Kardinal Jean Jouffroy (t. 1473). Leben und Werk*. Sigmaringen, 1996. (Beiträge zur Geschichte und Quellenkunde des Mittelalters; 18)

Petrucci, Franca: *Antonio d'Alessandro*. In: *Dizionario Biografico Italiano*, 31 (1985)

Pierozzi, Antonino: *Chronicorum opus*

- *Divi Antonini Archiepiscopi Florentini ... Chronicorum tertia pars ... ab anno ... 1313 vsque ad annum 1459 ...* Lyon: Ex officina Iuntarum et Pauli Gvitii, 1686, col. 593-598 [As digitized by Google]

Pistilli, Gino: Giustinian, Bernardo. In: *Dizionario Biografico degli Italiani*. Vol. 57. 2001

Piccolomini, Enea Silvio SEE ALSO Pius II

Piccolomini, Enea Silvio: *Epistolae*

- *Der Briefwechsel des Eneas Silvius Piccolomini*. Hrsg. von Rudolf Wolkan. 3 vols. Wien, 1909-1918
- *Reject Aeneas, accept Pius : Selected letters of Aeneas Sylvius Piccolomini (Pope Pius II)*. Transl. by T.M. Izbicki et al.. Washington, D.C., 2006
- *Eneae Silvii Piccolominei Epistolarium Seculare*. Ed. A. van Heck. Città del Vaticano, 2007

- *Collected letters of Enea Silvio Piccolomini*. Ed. and transl. by Michael von Cotta-Schönberg. 10 vols. 2022-2026. [Available in HAL Archives].

Pius II SEE ALSO Piccolomini, Enea Silvio

Pius II: *Commentarii rerum memorabilium quae suis temporibus contigerunt* [1464]

- *Commentarii rerum memorabilium quae suis temporibus contigerunt*. Ed. A. van Heck. II vols. Città del Vaticano, 1984 (Studi e testi; 312-313)
- *Commentaries*. Ed. M. Meserve and M. Simonetta. Vols. 1 ff. Cambridge, MA: Harvard University Press, 2003 ff.

Pius II: *Orationes*. [1436-1464]

- Pius II: *Orationes politicae et ecclesiasticae*. Ed. Giovanni Domenico Mansi. 3 vols. Lucca: Benedini, 1755-1759
- *Collected Orations of Pope Pius II*. Ed. and transl. by Michael v. Cotta-Schönberg. 12 vols. 2019-2020. [Final Version, 2024-2025]. [Available in HAL Archives].

Regis Ferdinandi et aliorum epistolae ac orationes utriusque militiae. [Vico Equense, 1586], pp. 338-343

Sanchez de Arévalo: *Orationes*

- López Fonseca, A. & Ruiz Vila, J. M.: *Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discursos al servicio de la Corona de Castilla*. Madrid, 2013
- Santiago-Otero, Horacio: Rodrigo Sánchez de Arévalo. Discurso a Pío II con motivo de la conquista de Gibraltar (1462). In: *Revista española de teología*, 37 (1977) 153-158

Smith, Leslie F.: Lodrisio Crivelli of Milan and Aeneas Silvius, 1457-1464. In: *Studies in the Renaissance*, 9 (1962) 31-63

Alfred A. Strnad: *Johannes Hinderbachs Obedienz-Ansprache vor Papst Pius II – Päpstliche und kaiserliche Politik in der Mitte des Quattrocento*. In: *Römische historische Mitteilungen*, 10 (1966/67) 41-183 / pp. 165-177

Trame, Richard H.: *Rodrigo Sanchez de Arévalo, 1404-1470, Spanish diplomat and Champion of the Papacy*. Washington, DC, 1958